7
11-E
40

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
8 D
29

VII D 9

Mihi Don. Hilarion: Roncato dono traditus ab Ill.mo D. Jo. Baptista Raynoldo Avocato S. Aulae Concistorialis

Digitized by Google

Digitized by Google


SENATVS
MEDIOLANENSIS
HORATII
LANDI
MEDIOL. APVD
IMPRES. ARCHIEPISC.
Carolus Biffius delineauit
Cæsar Baſſanus F.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO

SENATVI MEDIOLANENSI

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HORATIVS LANDVS F.

VOBIS mei iſti parui labores debentur, quia de veſtra ſumma magnitudine, authoritate loquuntur, qua in officio regnatæ gentes continentur Illuſtriſsime Præſes. PP. Ampliſsimi. Et quidem pulcherrimum Hiſpanum cœlum vni veſtro ſummo ordini, præter inuictiſsimas ſuas claſses Regnorum ac Prouinciarum ſuarum incolumitatem tribuit, quia a veſtro conſilio Ducatus hic flo-

Digitized by Google

rentiſsimus regitur, melius dicerem hoc Regnum, cui tot hoſtes necquicquam inuidẽt, Auſtriacæ magnitudinis in Italia clauis, & fundamentum. Ex quo tanta cautione, prouidentia, religione fermè ab Dominante inuictiſsimo in Senatum viri leguntur. Præcedunt enim eiuſdem ordinis, tum pro Ducis arcanæ nominationes, dein in ſupremo illo conſilio a ſummis incorruptiſq; viris examinantur, antequam quempiam lato clauo Mediolanenſi inſignitum veneremur. Sed ſummam felicitatem glorioſiſsimi Regis noſtri vſq; ad hanc diem, ſingulari numinis beneficio virùm omni exceptione maiorũ ad hunc ampliſsimum conſeſsum exornandum electio conſecuta eſt. Quis oris tui maieſtatem, morum integritatem, vetuſtiſsimæq; tuæ gentis nobilitatem, multiplicemq; ſcientiam a tuis laboribus ac vigilijs partam, & inuidendam illam in ſummis negotijs pertractandis dexteritatem, IOANNES BAPTISTA TROTTE tanti ordinis diu in hac triumphali ſenecta Princeps aſſequetur? vt planè mirandus ſis, quo pacto ſuperbum hoc nauigium, hoc

æquitatis

æquitatis Imperium, magno illi ARESIO ſuffectus, a puppi tanta felicitate, facilitate iam tot per annos moderere, ſexcentis alijs curis, & ſupremi Cancellarij, & Conſiliorum, quæ Gionte appellamus, & cum tot Principibus negotijs, adeo tua dignitas eminet, implicitus? Sed cum tuæ virtuti, ingenio multum ſit tribuendum, tum Ampliſsimis Patribus collegis tuis fermè eiuſdem ſplendoris huius cœli ſyderibus, tuæ felicitatis, ac noſtræ magnam partem nos debere æquum eſt. MAGISTRI, GALLIAE, ARGVIS, BELCREDII, PVTEOBONELLI, BONETI, ABASILICAPETRI, BOTTINONII, PETRACINII, ARIAS, CAYMI, SALAMANCAE, LAMBERTENGHII, MAYNARDI totius poſteritatis glorioſiſsima trophæa, publicæ & priuatæ felicitatis maxima monimenta ſunt. Dum enim pro ſè quiſq; ſuo muneri viriliter incumbit, dum interrogans ſententiã audis oracula, & non reſponſa, dum impauidos, & infractos animos ſentis, dũ Baldos, & Iaſones reuiuixiſſe hæſitas, dum non Senatores, ſed tot Præſi-

des

des fermè dignoſcis, dum hæc ſedulo meditare, præ gaudio mihi te exclamantem haud raro audire videor, fortunatam Rempublicam, fortunatum Regem, me omnium fortunatiſsimum, qui in tam ingentes animas inciderim. Ibis in ſecula vel hoc nomine ſolo magne Præſes. Te canet omnis ætas prudentiſsimum, ac feliciſsimum Præſidem, tuiq; ſucceſſores, quod vtinam ſerò maximè contingat, illud ſuis ſumptibus diſcent. Quam difficile ſit bono Principi ſuccedere. Cæterum vt ex quo fui exorſus idem etiam claudat, Veſtri ſunt iſti labores, qui veſtris auſpicijs creuerė, meq; in patria munere lõgè nobiliſsimo eminere voluiſtis. Eos clementer, vt aſſoletis accipite Vobis do PP. Ampliſsimi dico & conſecro. Valete diutiſsimè. Valebo. Med. Pridiè Calend. Octobris Anni 1637.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

SExtus annus agitur ex quo ab Senatu Excellentiſs. vacuo dicendi magiſtro in Palatino gymnaſio Mediolanenſi ſuffectus fui. Et licet quoad vires noſtræ valuerè, cum meo muneri, tum patriæ ſatisfecerim, attamen illa cura identidem ſubibat animum, niſi aliquid publici iuris facerem, quod meum erga tantum ordinem gratum animum demonſtraret, ſummo accepto beneficio indignum poſſe iudicari. Atqui dum hæc animo agitarem opportunè mihi vir eruditiſsimus, ac de me optime meritus ſuggeſsit, nihil gratius Senatui Mediolanenſi contingere poſſe, quam ampliſsimi eius ordinis res perſequi. Et quidem mirandum eſt, nihil fermè eſſe in hac mea inclyta patria, cui decorum aliquod ingenium non obtigerit, Senatus ſolus, hoc Æquitatis Imperium, hoc magnum corpus a quo ſpiritus omnes vitales huius Auſtriacæ magnitudinis manãt, iaceat, nulluſq; ſcriptor quem ſciuerim vſq; ad hanc diem longè glorioſiſsimum opus fuerit aggreſſus. Neq; tamen me latet auſum ingentem eſſe, res cum ſummi ordinis ſcribere, & eas tum latino ſermone, hoc in ſeculo tam erudito, hac in vrbe viris literatis adeo fæcunda. Præſertim cum eius fuerim ſemper ſententiæ, longè difficilius eſſe loqui & ſcribere ea elegantia & puritate, vel ſaltem aliquali, qua Ciceronis, & aliorum eius ætatis æqualium, quam materno ſermone harum tempeſtatum. Sed quidquid ſit, nobilitate eorum, qui nomini officient meo me conſoler ſi doctiores, de cæteris non curat Prætor. Cæterum illud in vniuerſum profiteor me nulli labori pepperciſſe, quo minus inſtituti mei res omnes exquiſitiſsimè cognoſcerem. Ita ab vrbe condita fui exorſus, vt ſciremus, quibus dominis, quibus legibus Patres noſtri paruerint, donec Senatus Ampliſsimus excogitatus, & in hanc maieſtatem creuerit, Inſubriaq; virili ſtirpe Sfortiana conſumpta, pars Auſtriacæ potentiæ euaderet. Inſigniora etiam breuiter attigimus quæ per ea ſecula acciderunt, vſq; ad Calendas Iunij anni 1637. quò veluti variæ drammatis perſonæ, legentem magis oblectarent. Cæterum non omnia ſcribo, quia cuncta ſciri non poſſunt,

aut

Digitized by Google

aut fortè nolo ſcire. Multi patres deſiderantur, præſertim ab anno decimo quinto vſq; ad trigeſimum ſeculi ſuperioris, quod minimè mirere temporibus illis, diuturnis ac diriſsimis bellis implicitis, huius rei memoriam excidiſſe, & ſi quæ monumenta erant, in Sereniſsimæ Margaritæ Auſtriacæ aduentu, cum tota Ducalis aula artificioſis ignibus colluceret, orto incendio, vel fortè fortuna vel conſulto incertum conflagrarunt. Sed illud erit in rerum harum cognitione ſalubre, quod aliquorum Senatorum iacturam memoriæ compenſabit, dum ad illa pro ſe quiſq; acriter intēdet animum, qui mores fuerint maiorum noſtrorum, per quas artes creuerint, quæ clades, quanta mutatio Dominantium, donec in Auſtriaco cælo æternùm quieſceremus. Porrò non nemo gaudebit, dum leget quempiam ex ſuis maioribus lato clauo in patria olim floruiſſe, alius iam inglorius ob rerum humanarum viciſſitudinem, cum ſciat ſuam gentem obſcuris temporibus fuiſſe illuſtrem ſe recreabit, omnes demum tanta eſt rerum varietas, niſi me amor ſuſcepti negotij fallit, aliquam in legendo capient oblectationem. Sed adulationis omnino neſcius hæc ſcribo, & cum hoc vitium ſuapte natura ſemper oderim, tùm clericalis diſciplina me monet, vt ſyncerè, quæ tantum apud probatiſsimos ſcriptores legi proferam. Et præluſiſſe ſit ſatis Lector, habes mei conſilij rationem. Vale & viue &c.

B.

Imprimatur.
Fr. Franciſcus S. Officij Mediolani Commiſſarius.
Io: Paulus Mazuchellus pro Eminentiſs. D. Cardinali Archiepiſcopo.
1637. Auguſti 25.
V. D. Io: Arias Maldonado R. S.

HORATII

HORATII LANDI
SENATVS MEDIOLANENSIS
LIBER PRIMVS.

NONDVM Mediolanum ſub iuſto SENATV erat, diuturna bella, anceps Dominus, ab hac cura mortales abducebant. Et ipſa ſua mole fatiſcens Inſubria externo ſoluta dominatu, quieſcere minimè poterat. Qui ſibi imperaret domi non inuenit, ad externos Principes ventum eſt. Barbari ferè omnes, proh nefas, vbi primum per ætatem regnum, & Imperium adepti, Italiam velut prouinciam ſibi à fato decretam odijs ne maioribus, an viribus incertum: petiuerê. Neque de numine conqueri poſſumus. Rerum parens miſerata clades, quas forte præuiderat, altiſſimos montes obiecerat, qui inſanos ferociſsimarū gentium impetus ſiſterent. Diu pro, longè nobiliſſimę totius orbis plagæ defenſione Alpes obſtiterê. Enim vero inhorreſcere Barbari ad Alpium aſpectum, quibus ipſæ Cœlum contingere videbantur, & cum dijs æquè, ac mortalibus

Digitized by Google

ſibi eſſe dimicandum tam, infecto opere nequicquã ſibi indignantes, auita ſuæ feritatis cubilia repetebant. Sed inuictiſsimus Gallus Belloueſius, ſalue Mediolani conditor, fabuloſam montium altitudinem reddidit. Hic ad nouas quærendas ſedes, ingenti Gallorum manu comitatus, cum iam auitum ſolum tantis mortalibus alendis deficeret, ſuperandi alpes magna virtute, primus monſtrauit viam. Clementia Cœli telluris fertilitate, rerumque omnium copia, quibus vſque ad inuidiam hæc regio læta eſt, delinitæ & delectatę gentes Ciuitatem cõdiderê quam vel à ſue medię lanæ, vel à medio amne Ticini, & Abduæ, quam fortè partem tenuerê, vel ab alio omine; quidquid ſit non moror, certè Mediolanum deinde appellarunt. Agebatur tum annus ducenteſimus vigeſimus primus, antequam Chriſtus æternus Dei Filius, ex magna Matre Virgine naſceretur, fatis iam Vrbi Romæ orbis Imperium deſignãtibus pulſis Ciſalpinis, Mediolano euerſo, colonijſq; Placentiam, & Cremonam deductis, prima & poſtrema omnium Dominationũ, ſola Italiæ toti imperitauit. Hæc inter Annibal, qui perpetuum ſe fore Romanorum hoſtem, puer Altaribus admotus iurauerat, ne concepto voto deeſſet, opportunè Aſdrubale defuncto, Sagunto in cauſam belli deleto, Hiſpaniaque penè tota domita per Alpes bellum in Italiam intulit. Annis quatuordecim ita varijs, & ingentibus cladibus Ro-

manam

manam potentiam fatigauit, vt haud ſemel dubitatum fuerit, Pœnus ne, an Romanus futurus eſſet rerum dominus. Tum Inſubres ab Romanis deſecerê, quorum Legibus, vſque ad Annibalis aduentum paruerãt. Cartaginienſi ſeſe adiunxerê: vt hoc loco inſignem errorem antiqui Scriptoris arguas, qui Mediolanum fuiſſe ab Annibale euerſum in ſuis Annalibus contendit. Cæterum bello in Italia confecto, à Capuę delitijs inaudito victoriæ genere fracto illo Annibale, qui inuictus incommoda Alpina ſuperauerat, ipſe ad tutanda ſuæ Patriæ mœnia, qui aliena oppugnatum venerat reuocatur. Romani latè finitimas gentes, quę rebellauerant, & inter has maiores noſtros eadem felicitate domuerê. Inſubres puniendi Caio Marcello Prouincia euenit, quiq; pulcherrimum de Ciſalpinis egit triumphum. Sed vt ſunt varij rerum humanarum caſus, ex hoſte conditor factus Marcellus; Mediolanum mirificè exornauit, ſuperbiſſimiſque molibus auxit, vt merito altera Roma, cuius maieſtati minimè inuideret appellaretur. Circus, Theatra, hippodromos, & reliqua dominæ orbis portenta ſuſpexerê Maiores noſtri in hac Vrbe quę partim ab æuo victa periere, pars rei Diuinæ faciundæ ceſſerê, pars etiam magnarum magnitudinum cadauera proiecta iacent. Ædiles, Tribunos plebis, Quæſtores hic fuiſſe, licet rara apud Scriptores ſit mentio haud eſt dubitandi locus. Viri Inſignes vt plurimum ab Vr-

be cum Imperio mittebantur. Cæterum dum Romani imperarunt, ſomniet quicquid velit Frontinus, nulla fuit Senatus ſpecies Mediolani. Sed iam indignato numine Romano Imperio Cōſtantinus Boſphori Thracij ſitu delectatus, eò transferens ſedem, Imperium Occidentale defecit. Porrò qui mortales hoc tempore Vrbem noſtram regerent, varia in re tam antiqua eſt fama. Triſtanus Calcus, quem publici iuris patria opulentia fecit diligentiſſimus alioqui Scriptor, hanc tanti ponderis rem, à qua plurima Vrbis noſtræ amplitudo pēdet, prorſus diſſimulauit. Præſides tantum ait, & Magiſtratus in nomen Chriſtianum ceſſiſſe. *Caij prædicatione non Craſsum modo* vulgus, & multitudo imperitior, ſed in nobilitatem penetrante ſermone Præſides, & Magiſtratus in nomen Chriſtianum ceſſerunt. Inter quos duo opibus, & genere illuſtres Vitalis, & Philippus fuere, quos ſecuti ſunt liberi, tota familia, & complures Ciues Senatorij. hactenus Triſtanus. Hæc mihi nec refellere, nec approbare in animo eſt: Vereor tamen, ne tantus Vir, dum Vrbis optimates aqua luſtrali expiatos in antiquis Annalibus legeret Senatorum, ac Præſidum nomina addiderit, qui primi à Principe non modo in Vrbe noſtra, ſed etiam in qualibet Orbis benè morata Ciuitate exiſtimantur. Hęc vt magis Bernardino Corio credam, inclinant animum. Cæſaris Vicarius cum ſummo Imperio, inquit ille per ea

tempora regebat, cuius authoritatis imaginem noſtrorum temporum Gubernatores exprimunt. Verum illi longè maior, quam his authoritas inerat. Sub hoc varij deinde Magiſtratus erãt. Duces, Marchiones, Comites, Valuaſores, Cattanei, Prætores, Conſules, arcibus Præfecti, quibus omnibus Cæſareus Vicarius ità pręerat, vt pro libidine ne appellato quidem Imperatore, hunc vel illum Ducibus exceptis à ſuo munere amouere, & alios poſſet ſufficere. Duces ab ipſo Cæſare creabantur. Hi in Vrbibus principem à Vicario locum arbitri penè rerum obtinebant. Quam rem Mediolanenſes pertęſi, quæ res omnino difficillima putabatur, tã immoderata erat Ducum authoritas ab ipſo Imperatore obtinuerê tamen vt duos & ipſi Conſules Romanam magnitudinem æmulati crearent, quibus ipſe ſolus Imperator imperaret. Enim vero tunc Ducum authoritas conſeneſcere, Conſules inter ſe partiri Prouincias, vt alter militarem, qui propriè Comes appellabatur, rem vrbanam alter, qui Vicecomes, defuncto enim Comiti, ſiue mala valetudine detento ſine vlla prouocatione ſuccedebat, diſparibus muneribus concordibus tamen animis ad totius vrbis vtilitatem, & ornamentum adminiſtrarent. Tenuit hæc regiminis ratio annos circiter tercentum vſq; ad magni Ambroſij finem. Cumq; ſingulis annis annui hi Magiſtratus crearẽtur, hinc penè ſexcenti Comites, ac Vicecomites dimanarunt.

runt. Cæterum anno ſui muneris elapſo, vna cum Magiſtratu Comitis, vel Vicecomitis dignationē relinquebant; niſi eam ex proprio iure detentam, vt clara cognomina familiæ facerent, poſteris tradiderê. Sed Stilico ſupremū vulnus iā morienti dominationi: ipſa auiditas humana moderationis ſemper neſcia cauſa turbandi omnia. Cæſarum Arcadij, & Honorij tutor ab Hiſpano Theodoſio Imperatore relictus, qui ex paupere fortunā emerſerat iam orbis Imperium meditatur. Nobiliſſima victoria de Radaguſio Gothorum Rege relata, qui primus illius gentis Italiam irrupit, Matrimonia regia, illudque ſemper mortalibus pernicioſum, nolle intra ſui faſtigij terminos contineri, ſuperbiſsimo ingenio facilè perſuaſerant, prȩterito legitimo Principe, poſſe ipſum ſolum imperitare. Itaque accitis in Italiam Barbaris, qui Gothos hoc nomine expulerat, ingentiumque Theodoſij erga ſe meritorum oblitus, Eucherio filio Occidentis Imperiū in ipſo armorum ſtrepitu deſignat. Sed dum impijs artibus Stilico legitimo Principi Imperium abrogare ſtudet, ſibi & filio iuſtum proditionis ſupplicium machinatur. Maieſtatis damnati vtrique Honorio annuente trucidati, cui ſuperſedere cȩdi, vt euentus docuit prudentiſſimus Princeps debuiſſet, vitā ſimul cum Imperij Occidentis ardore amiſerunt. Stilicone in hunc modum ex humanis erepto, viro alioqui digno, qui imperaret, ſi ſibi impe-

rare

rare didiciſset, diceres velut rapidiſſimi torrentis frænum in Stiliconis funere fuiſſe demptum. Tanta enim moles Barbarorum, ſolutis ordinibus, licentia pluſquam militari in Italiam ſeſe populabunda effudit, vt planè hereditariam à Stiliconis obitu adire viderentur Barbari amplitudinem. Ipſa Roma, orbis caput præmium primę expeditionis fuit. Ab Alarico Gothorum Rege capta illa Vrbs, quæ totum cœperat Orbem, cremata, quæ flammas olim tulerat vſque ad vltimas Septentrionis niues. Demum tam barbarè, & crudeliter habita, vt Diui Hyeronimi calamum vſq; à Betlemico Cœlo excitarit. *Terribilis de Occidente rumor affertur obſideri Romam, & auro ſalutem Ciuium redimi, ſpoliatoſque rurſum cruciari, vt poſt ſubſtantiam vitam quoque amitterent. Hæret vox, & ſingultus intercipiunt verba dictantis, capitur Vrbs, quæ totum cœpit orbem, imò fame perit, antequam gladio, & vix pauci qui caperentur inuenti ſunt. Ad nefandos cibos erupit eſurientium rabies, & ſua inuicem membra laniarunt dum Mater nō parcit lactenti infantiæ, & recipit vtero, quē paulò antè effuderat &c.* & reliqua tanti Viri facundiæ conſentanea.

Hæc inter Honorius in Vrbe præ mœrore conficitur, cum iam antè Valentinianum ſororis Filium Cæſarem dixiſſet. Cæterum qui ſecuti ſunt vſq; ad Auguſtulum Cęſares, Imperij labantis vmbram veriùs, quam iuſtum dominatum habuerē. Vrgebant ſci-

ſcilicet,rem Romanam fata quæ iam duodecim ſecula numerarant, quorum durationem Romano Imperio decretam,totidem vultures à Romulo viſi deſignabant.Occidentiſq; Imperium omnino Occidens veridicum vatem Aetium fecit.Ex hoc tempore Italia Barbarorum præda euaſit. Non Gothi, non Viſigothi, non Oſtrogothi, non Hunni, non Sueui,non Burgundiones,non Alani,non incognita antea quælibet Barbaries,non Longobardi, non Galli noſtris finibus temperarunt. Certarunt Septentrionis niues in hoc Inſubrico Theatro. Ipſum Mediolanum,quod deſcendentibus ex Alpibus hoſtibus tanquã prima ſcena tragici ſceleris deſeruiebat ab Attila Hunnorum Rege, mortalium diriſſimo,Flagellum Numinis ſuperbiſsimum caput ſe vẽditabat,deſtruitur.Iamq́; Mediolano euerſo Romam ipſam petebat,cum Leonis Pontificis Maximi facundia,tum Maieſtate Barbarus emollitus,in Pannoniam reuertens, haud dubiè vires Numinis, in Summo Pontifice confeſſus, Vrbem intactã reliquit. Tot cladibus deformatæ Italiæ, impio Regi diu gaudium non ſtetit. dum enim ſecundam expeditionem in Italiam molitur,& puellæ quam in Matrimonium duxerat, nimis indulget,ſanguinis effuſione qui tantum ſanguinis humani hauſerat, iuſtiſſimo Summi Numinis iudicio in geniali thoro ſuffocatur.Sed quod regimen in Vrbe noſtra fuerit, à Gothorum aduentu explicatu omnino diffi-

cile

cile eſt. Quì enim fieri poterat, vt in tantis bellorum motibus, hoſtiumque penè annuis irruptionibus, queis omnia diuina, & humana miſcebantur, iuris dicentium ratio haberetur, aut ciuiū animi ad aliquam æquitatis formam ſtatuendam adijcerentur, cum modo hic, modo ille ex libidine rerum potiretur? Simile veri exiſtimo, quod pro æquitate licentia, pro bonis moribus corrupti fuerint, pro ſanctis ciuibus à magno Ambroſio inſtitutis, mali, cōcedentibus ſcilicet in diuturno barbarorum contubernio in Gothorum mores Mediolanenſibus. Gothi dirum genus, perniciei mortalium, literarum excidio conditum, Inſubriæ precipuè malis natum Italiæ cum libertati, tum literis ingentem vaſtitatem attulerê. Etenim vt ſuis tempeſtatibus vitiorum omnium chaos repræſentarēt, Codices, & Libros omnes, quos habuerê publico incendio crematos turpiſsimæ ignauiæ ſacrificarunt. Horret animus, ſtupra, libidines, ſacrilegia, & cætera, quæ mortales Numinis obliti audent, recenſere. Certare diceres Mediolanenſes, & hoſtes, proh nefas, velut de prauitatis imperio. Sanè in eum cumulum Inſubrum eius tempeſtatis ſcelera peruenerant, vt nec perennes ſanctiſſimi Paſtoris Venerij lacrhymæ, ad tantum vitiorum incendium extinguendum ſufficerent, nec æterni ignis minæ à corruptiſſimo vitę genere ciues deterrere prauos valerent. Gothicam illam feritatem indue-

B rant,

rant, cęcoque quodam impetu prout libido ſtimulabat in hęc, vel illa ſcelera ad placitum ruebant. Hæc & ſexcenta alia, quæ præterire, & inſtituti mei ratio monet, & ne legétis puritatem inficiam, ſuadent, vt per ea tempora, quibus Gothicum Imperiũ in Italia ſtetit, nullam vel ſaltem maximè exiguam æquitatis lucem credam, tam turbulentis in temporibus illuxiſse. Ripamontius elegantia dicendi Hiſtoricorum huius ætatis facilè princeps in ſuis Annalibus Eccleſiæ Mediolanenſis refert, vetus regimen Ducis numquam per Gothica tempora, tamquè varios dominatus intermiſsum. Hic autem Dux Mediolani, ſepij Comes, Martheſanæ Vicarius dicebatur. Cæterum nullius penè authoritatis erat, & ſi quod erat auiti moris in tanta barbarorum colluuione, id totum penes illos duos Conſules erat publicis ſuffragijs electos. Sed qua authoritate etiam Conſules, illas inter turbulentiſſimas tempeſtates florere poterant, queis ſcilicet vnicum ius in armis, auitis Patriæ moribus exulare iuſsis, Codicibus Imperij pignoribus concrematis ex ſe facilè poterit hîc, Lector diuinare. Dederunt fortè Gothi hoc ampliſſimæ Inſubriæ Ciuitati Principi delinimentum, vt ipſa ſuos Conſules de more crearet; quo præteritorum ſeculorum deſiderium aliqua in parte leniret, ſeruiret tamen interim, ipſiq; rerum omnium arbitrium in auita libidine collocarent. Cæterum tot tantæque Patriæ calamitates, latiſsimum gloriæ

campum,

campum, ſanctiſsimis eorum temporum Paſtoribus aperuerê, planè vt in ipſis miſerijs ingentes illę animæ probari viderentur. Hanc faciem igitur res Patriæ per ea tempora habebant, cum iam diuturnis malis feſsos Ciues Numine crediderim ob ſingularem Paſtorum innocentiam miſerato, opportunus in Italiã Belliſarij aduentus, Iuſtiniani Orientis Imperatoris, ſummi Ducis recreauit. Dacij diuiniſsimi Archiepiſcopi precibus, Mundillam ex ſuis ducibus præcipuum cum ingenti exercitu, Mediolanum Belliſarius miſit. Huic noſtræ copiæ adiectę, ampliſſimam de Gothis in Ticinenſi agro victoriã retulerê. Iamque debellatum pene erat, grauiſsimoque ſeruitutis iugo florentiſsimam orbis prouinciã exemerat Belliſarius, & tantis tantique Imperatoris trophæis, hoc etiam ab immortalitate ſcribebatur de liberata Italia, de vindicata Inſubria, niſi cum paucorum eius ſanguinis Gothici reliquię, quæ ſibi in ipſo ardore pugnæ, pedibus fortiter dimicantes, fuga conſuluerânt, cum Mediolanenſium in tanta felicitate nimia vti fit ſecuritas, clariſſimi per ea tempora Ducis gloriæ inuidiſsent. Etenim reliquiæ illę magnę cladis Gothicę, dulcedine illa ſoli ſubeunte, ipſoque funere triſtius reputantes tantorum annorum dulcia incunabula relinquere. Theudebertum Francorum Regis Clodouæi filium implorant, ex ſua nece nobiliſſimæ familiæ cognomentum datum. Igitur quanta maxima potuerê celeritate, in-

finiti Galli Theudeberti auſpicijs, & ductu arma Italiæ intulerê, eo conſilio, vt per ſpeciem ferendi ſuppetias Gothis, ipſi Italiæ Imperium, cui iam dudum ſtudebant, adipiſcerentur. Fama etiam eſt tres Reges, duoſque militari gloria duces inſignes, Angilinum vnum, & Agimundum alterum appellatum ad Inſubrum illarum tempeſtatum gloriam, fuiſſe in iſta expeditione Theudebertum comitatos. Iamque Subaudæ, & Pedemontanæ regiones, & Liguria cum magna Hetrurię parte ab immenſis iſtis copijs fuere momento ſubactę. Ilduinus tum Bobij in paterno imperio erat, hic erit pater illius, qui fortiſſimè Mediolanenſe excidium vlciſcetur, à quo innundãtibus vbiq; Francorum copijs leuiter, expulſus, Mediolanum cum ingenti totius vrbis gaudio venit; peropportuno maxime tempore, quo diriſsimum bellum iam animo ciues pręſentiebant. Nec mora ſecundis victorijs ferox, furentes legiones auidiſſimas prædæ Mediolanum Theudebertus ducebat. Ab tanta mole ſoliciti ciuium animi, quæ primę partes erant, virum impigrum, ac nauum ſupremæ vrbis dominationi admouerê, Fauſto, ac Priuigno Cęſareis ducibus, quibus haud quaquam fidebant è regimine motis, Ilduinum multis victorijs clarum, vrbi in tanta calamitate præfecerê. Sed nulla humana fortitudo, vel diligentia, ineluctabilem vim fati poteſt ſuperare. Debebatur hoc excidium vrbi Mediolanenſi, vt ex ſuis ruinis ipſa ſem-

per

per ſurgeret auguſtior. Nihil quod fortiſſimi,& ſapientiſsimi Imperatoris ſpecimen præſeferret,ab Ilduino prætermiſſum, omneſque etiam ſuas partes, & ipſi ciues fortiter,& inuictè pręſtiterê: Terni Reges illi cum ducibus magni nominis,multiq; mortales à nobis occidione occiſi, ſuo ſanguine futuri mox magnæ vrbis excidij manibus parentare cœperunt,iuſta vltima Theudebertus, & ipſe perſoluturus. Sed de tempore,quo iſta maximè inſignis obſidio durauerit, variant inter ſe Scriptores. vt vix quidquã ſatis certum in re tam vetuſta, auſim affirmare. Decennium alij; triennium tantum tenuiſse non nemo,minus etiam,qui ſentiant haud deſunt, quod minimè mireris,in tam obſcuris temporibus, huius rei memoriam excidiſse. Cæterum ſiue decennio, ſiue triennio, ſiue minus durauerit, in hoc Scriptores omnes fermè conueniunt, quod hęc obſidio totius Italiæ anteactas acerbitate, crudelitate, ijſq; ærumnis,quæ huiuſmodi clades magis, ac magis ſolẽt efferare ſuperauerit. Etenim infanda à Scriptoribus memorantur, ſed familiaria vbi primum fames diriſsima cœperit deſseuire. Mater, quo nihil horribilius dici poteſt,tantus amor morituri ſemel animalis natum comedit, vt idem aluus vitæ, ac ſepulcro ſeruiſse à poſteris diceretur. Et ex hoc facilè poteris mi Lector diuinare,ne aliarum calamitatum cenſum agam,quas miſerias, infelices illi maiores noſtri ſuſtinerent, vt Matrem nec dulçe nomen

men

Digitized by Google

men filij, nec naſcentis, mox morituri infantis vagitus mouerent, quin ipſa, paucas horas vt viueret, crudeliter illi vitam eriperet. Sed inter tot tantaque mala Inſubrica patientia eminebat, metuſq; futurarum, præſentium calamitatum dolorem leniebat. Non in dies res arctiores, non ſumma annonæ caritas, non tabeſcentia præ fame corpora, non morientia vbiq; deſtituta alimentis animalia, non ipſa demum fames lurida, & ſquallida, quæ ſupremam iam vim admouere deficientibus putridis minabatur, à ſententia, fortiſsimos Ciues dimouebat. Belliſarius ſummo Mediolanenſium periculo audito, miſerat auxiliares copias, quæ aliqua in parte ſoluerent obſidionem, ſed hæ ſiue fatum vrbis quę ruere debebat, ſiue ductorum ignauia, ſiue dignatio illa inter Belliſarium, & Narſetem, quæ ſemper maximis rebus offecit; certè in Padi littore, quem tranſire metuerunt, quæ Rodanum ſuperbaq; Germanię flumina domuerant, vrbem ampliſsimam Mediolanum, cum æterno dedecore, auxilio negato prodiderê. Interea Theudebertus, longiorem, quam ipſe crediderat obſidionem pertæſus, inuictam Inſubrũ fortitudinem demiratus, ab aperta vi in fraudem verſus ſingulariſsimo aſtu gallico vſus, excidium maturauit. Ad colloquium Ilduino vocato facilè perſuadet, ſe iam eſſe fatigatum obſidione, velle iam vaſa colligere, & in Gallias remigrare, petere ſaltem per ipſam virtutem Ciuium, per Vrbis conditorem,

à quo

à quo ipſe ſit oriundus, ſibi liceat vrbem illam inuiſere, Ciuium tam fortium parentem: iurare interim per omnia Numina, ferirent noxium caput, ſi quid hoſtile amplius tētaret. Hæc & alia id generis blandimenta, callidiſſimus Imperator addit, queis feroces animi ſolent demulceri. Credidit ergo barbaro Ilduinus, apertæque vrbis portæ fuere. Mirari primùm Theudebertus vrbis maieſtatem, ipſóſque Ciues pene miraculo habere, ſed diſſimulanter obſeruato prope Sancti Michaelis Ædes loco irruptioni nocturnæ opportuno, nocte intempeſta, gallica fide exercitu irato immiſſo, nihil, quod in ſimilibus euentibus accidere ſolet, ab ſuperbo, & furibundo hoſte eſt prætermiſſum. Non aliàs, tam hoſtiliter habita Mediolanum. Ingenui, & ingenuę nullo diſcrimine violatæ. Promiſcuè omnis ætatis ad ſatietatem cædes. Nō ædificijs, non Templis, non ſacris Virginibus ab diro Gallo temperatum. Ad triginta millia amplius mortalium in ipſa luce, quæ funeſtam noctem ſecuta eſt, ipſo puncto temporis immaniſſimè barbari trucidarunt. Vrbs ipſa in tragœdię compendium cōcremata. Ilduinus Princeps ſecuri percuſſus. Eius Filium Acinum ætatis flos ſeruauit. Ita pleraq; illa romanæ magnificentiæ ſimulacra, quibus vel ipſe Attila abſtinuerat, vel corrupta, vel ignis violentia abſumpta. Pleraque tamen eorum, columnæ marmoreæ, & porphireticæ, pretioſæ ſtatuæ, & alia id generis ornamenta

menta, quæ longa ciuium opulentia, & dominantium liberalitas congeſſerat, Ticinum velut in triumphum ab barbaro Gallo delata. Qua in vrbe Italiæ regem appellatum diademate cinctum, diceres de Italia in excidio Mediolanenſi, Theudebertum triumphaſſe, niſi tanto ſcelere approperatum, funus regi; deque ipſo imbellis adoleſcens iuſtius triumphaſſet. Magnus per ea tempora Archiepiſcopus vir ſanctiſsimus Mediolanenſi Eccleſiæ præſidebat, hic cum ſuis Canonicis Ordinarijs, hoſtis crudelitatem ſingulari numinis beneficio vitans Noſetum diſtat hic ab vrbe tertio lapide, fugit, reliqui ciues, qui cædibus ſuperfuerant alij alio dilapſi fumantem patriam dereliquerê oculis lacrymarum plenis ſingultibuſque extremi doloris nuncijs, vltimùm ſe illam viſuros eſſe exiſtimantes. Hanc igitur cladem iure merito, maximè memorabilem omnium, quam vnquam paſsi ſimus Scriptores memorant eoq; conſilio latè longeq; illam volui explicare, vt ſcirent omnes, ſi Gallicæ genti, vt conditrici Mediolani debemus, ſummi alioqui beneficij eam deinde veluti pœnituiſſe. Tot tantiſque enim cladibus voluentibus ſeculis Mediolanenſe nomen afflixerê, vt iam illam gentem non vt conditricem, ſed ſingularem hoſtem, vel ipſimet vagientes infantes in hoc cœlo recognoſcant. Ticini interea Theudebertus Italiæ populorum legationes gratulatum venientes audiebat, & quiſque infando Me-

dio-

diolani excidio edoctus, ſuam voluntatem erga Regem ſtudijs incenſam demonſtrare conabatur. Cæterum in tanta omnium, & maximè procerum Gallorum gratulatione, vni Theudeberto tacita quædam mœſtitia efficiebat, vt in ore, tantam ob felicitatem, ea lætitiæ ſigna, quæ debebantur minimè apparerent. Inſidebat animo regio cùm ab ſcelere patrato, quod contra fidem datam, vnica mortalitatis vincula iuramenta ſoluerat, tum ab horrenda voce humano maiore occultus metus, quæ fuerat audita. *Dabis pœnas improbè, quia meos ciues, meam vrbem violare fuiſti auſus ab canibus laceraberis*, eamq; Diui Ambroſij patroni fuiſſe conſtans ſemper fama tulit. Itaque ſiue ne cæleſtes minæ vanæ eſſent, ſiue vt aliqua relaxatione edaces curas, quæ etiam Principum regias torquent, falleret inuiſam ſuæ vitæ plagam Appennini montium tractus venationi elegit. Ecce tibi rapidiſſimam feram nacti, immenſa terrarum ſpatia velociſſimo curſu, momento temporis conſumentem, regis infortunium, quod quam maximis itineribus & ipſum aduolabat, effecit vt ipſe perſequendæ feræ inter cæteros ſtudio inflammatus, perniciſſimi equi, quo vtebatur beneficio, ſuos omnes longiſſimis interuallis a ſe diſtantes relinqueret. Accinus Ilduini filius, quem formoſa iuuenta mirificè Regi, vt diximus conciliauerat necis paternæ illatæ oblito adeo obcæcat animum furioſa libido, velociſſimo ſonipedi

inſidens, vnicus penè ex regio comitatu volantem dominum ſequebatur. Fera, quæ in hac tragœdia luctuoſiſsima Regi, iam ſuam quaſi perſonam abſoluiſset, Accino relinquens ſcenam, qua totum lemma conficeret, per abrupta montium, & inuia fugiens, haud amplius viſa. Theudebertum, ob amiſsam nequicquam feram indignantem, ex longa iactatione equi fatigatum, tum ſol, qui calidiſſimis ſuis radijs, meridies fortè erat, tellurem incendebat, cum parua, ſed opportuna ſilua, quę frondibus ſuis velut aureis velis viridi colori inter mixtis ferientis ſolis radios arcebat, ad quietem inuitabat. Itaque loci amœnitate captus, deſiliens ex equo, haud amplius aſcenſurus, non aliud puluinar, quam Accini ſinum voluit, in cuius gremio conquieſcens, concinentibus auiculis, leniter hinc inde ventilantibus auris, in tanta ſolitudine profundiſſimo ſomno fruebatur. Fortè hic locus paternæ ditionis erat Accini, haud multum à Bobio aberat, vt mireris ſummi Numinis iudicia. Adoleſcentem vti fit in auito ſolo huc, & illuc reſpectantem ſubijt animum præteritæ fortunæ recordatio. Dolebat ſe eſſe ab ampliſſima hereditate paterna per ſummam auiditatem deiectum, illudque quod ſibi cunctis acerbiùs accidebat, ſuperbiſſimi victoris imperio indigna nece dulciſſimum parentem, quia fortiter reſtitiſſet, amiſiſse. Ingemiſcebat virtutem, tantum affuiſse, vt apud hoſtem fuiſſet ho-

norata, vt potius illa extremo ſupplicio multata, ne crudelitatem exprobraret cogitabat num ab ipſo in præſentia, violatæ gloriæ illa nobiliſſimam repeteret vltionem. Spiritus auitam nobilitatem reuocabant, ab fortiſſimis Romanis oriundam, audendum eſſe aliquid, quod illius magnitudinis peculiare diceretur. Itaque atrox cogitatio, ſed plena gloriæ inuaſit adoleſcentem illius finiendæ vitæ, qui tantarum calamitatum autor extitiſſet. Dabat animos ſolitudo, hoſtis dormiebat, & ne quærendi eſſet labor, in ſinu habebat, ſed hærebat, qua via tantum facinus, cui immortalitatem pollicebantur hiſtoriæ, expediret. Ipſe inermis erat, ferrum ſtringere Regis, ne expergiſceretur periculum erat, laqueo guttura frangere deerat funis. Subuenerê fata vltioniſque viam monſtrauerê. Spinæ in illa ſolitudine frequentes erant, quarum aliquæ, quæ proximę erant, dextere ab iuuene decerptæ, eęq; per dormientis regis aurem adactæ, lethaliter cerebrum vulnerantes, ſomno Theudeberti, mortem coniunxerê. Cadauer confeſtim in illa ſpineta proiectum iuxta magni Ambroſij horrendum carmen à canibus laceratum; habuit illas inferias, quas ſummum fumantis adhuc Vrbis Mediolani ſcelus poſtulabat. Franco Rege in hunc modum extincto, vulgataque cæde inhorruerê galli, quod imbellis Adoleſcentis, quem armati nequiuerant exercitus dextera cæcidiſſet, publico luctu ſuas completuri

Digitized by Google

ſedes, funeſtiſſimæ cladis nuncij petiuerè. Tanta Gallorum mole, vnius virtute inuicta exonerata Inſubria, quietis aliqui ſurculi naſci videbantur. Verum tam felicibus incrementis integræ penè Gothorum vires obſtabant. Ticinum, & Derthonam, aliaque fortia circumpadana loca adhuc obtinebant; & Idoualdo in defuncti Regis locum ſuffecto, ſecundiſque aliquot prælijs cum Vitale Cæſaris duce vſa, rurſus ad Italiæ imperium, digna, quę ſeruiret barbara colluuies aſpirabat. Mediolano ab Theudeberti nece, Accinum imperaſſe, vetuſtiſſimi annales retulerê. Quibus ego minimè aſſentior. Diruta, & concremata vrbs, qua ratione tam cito ex ſuis ruinis ſurrexiſſet? Archiepiſcopus & Canonici, ciueſque ſecuti exemplum, fuga dilapſi. Quæ facies tum in ea vrbe eſſe poterat, cuius ciues in multas diuiſi partes, prout ſors tulerat, Victoris crudelitatem fugientes, huc, & illuc errabundi vagarentur. Crediderim tamen, quod magis Scriptoribus conſentaneum eſſe videtur, remigrantibus ciuibus, abeuntibus hoſtibus, ipſius etiam ſoli amore, cuius in ruinis paternus ſanguis miſcêretur Accinum aliquando Mediolanum vrbem rexiſſe. Cæterum quod omnium vota in præſentia flagitabant, vt eluceſceret illa dies, qua de Gothis de cuncta barbarie triumpharemus, ſecunda numina dederê. Narſes per ea tempora, paulò ante Mediolani excidium, ſummæ calamitatis Belliſario documento ſuffec-

tus

tus, ſæuientis & ipſe fortunæ ſpecimen daturus, fatalis dominationi gothicæ cum ſummo imperio Rauennam venit; prorſus vt ad ſingulare Gothici ſanguinis excidium orbi eſſe datus videretur. Sub tanto Imperatore, breui debellatum eſt. Euirato quis crederet tantum debet Italia. Accinus egregiè patrem vltus, ſalutare illud documentum humano generi, acutiſſimæ ſpinæ calamo ſcribens regio in ſanguine merſo, etiam apud terrarum dominos iuſiurandum ſacroſanctum eſſe debere, in lunenſem agrum, Italia donec galli excederent, ſuorum maiorum antiquiſſimum dominium receſſit; ibi magnæ tempeſtatis prudentiſſimè tranſitum expectaturus. Quam rem ſimilem magis veri exiſtimo, quam quod Boſsius, per ea tempora ſcilicet, ſub ipſam regis necem, Mediolano Accinum, cum adhuc regio iratis hoſtibus abundaret, cum ſummo imperio præfuiſſe. Etenim præterquam quod vrbs noſtra nil aliud quam deforme ſpectaculum erat, nudiq; ac torridi parietes, gallicæ perfidiæ documenta, lacrymarum riuos cierent potius, quam illius incolendę deſideriū excitarent, qui iuſto furentes dolore inuiſum illud caput hoſtiles legiones ſuſtinuiſſent, num ex ipſis etiam fortunæ ſeruantis faucibus parricidam regium eripuiſſent. Ex quibus clariſsimum apparet, quod incorrupta alia hiſtoriarum monimenta teſtantur Accinum ad Narſetem à patrata cæde conceſſiſſe eique rem totam, quam iam

fama

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

fama ſuo more ludibunda delibauerat explicaſſe. Obſtupuit enim vero miraculo Narſes, in decoro adoleſcente fortitudinis tantæ, quantaque maxima potuit lætantis animi ſignificatione vltorem illum regium excepit. Manauit è veſtigio totius rei fama, vti fit, ex aula in caſtra, indeq; Malaſpina militari laſciuia acclamatus, cognomentum fecit nobiliſſimæ familiæ Malaſpinæ. Cæterum Narſes adeo hunc iuuenem coluit, vt dignum exiſtimarit illum, quem ex ſui theſauri dodrante amplius heredem ſcriberet, quaſi tanto viro heres adhuc ille defuiſſet, cui præter opulentiam, fortitudinem, regiumq; planè animum legaret. Ipſe Orientis Imperator Iuſtinianus, ad quem à Narſete ob altam animi indolem miſſus, beneficijs ingentibus Accinum auxit, omnemque paternam ditionem latè confirmauit, longeque alijs ampliſſimis priuilegijs exornauit, inter cætera vt marchio impoſterum appellaretur, auitiſque inſignibus deletis, ſupra tres montes floreſcentem ſpinam, aquilamque Cæſaream cum gemino coronato capite in ſtemmate ferret, hæcque ſuis diplomatis Bizantij ſanxit Anno à partu Virginis quingenteſimo ſexageſimo ſecundo. Hoc eſt magnorum Principum ſpecimen, hiſce artibus infra cætera mortalia eminent, ſi virtutem diuitem reddant quia BENE VELLE principum vmbra inanis, & fugax eſt, niſi etiam BENE FACERE addant. Acinum ab Grecia in Italiam reuenientem

diceres

diceres eum imperij conſortem declaratum. Nullo alio magis fidere Narſes cum hoc arcana communicare, huic grauiſſima Reipublicæ munia demandare, conquieſcere demum in hujus fortiſſimi vigilijs adoleſcentis. Adeò vt iam penè rerum dominus, noua inſurgente fortuna vti ſit, in ſe omnium populorum ſtudia cõuerteret. Interea Mediolanenſes ne ſegniter optatiſſimæ pacis fructibus fruerentur, fortem enim ipſi, omnibus in bellis operam nauauerant, Francione patritio Romano huic prouinciæ præfecto, quaſſatam tot tantiſq; tempeſtatibus rempublicam reficere, vrbem, quã ingentes ruinæ ſtrauerant reparare exornare demum in eum modum, prorſus vt nouas ſubinde moles excitantes præparaſſe certatim diceres materiem, quæ nouis deinde feratum gentium triumphis deſeruiret. Ergo Gothico iugo immortali Narſetis virtute pulcherrimæ Italiæ excuſſo, florentiſſima pace Italia non modo ſed etiam totus orbis futurum vt frueretur, boni & mali juxta ominabantur. Orientis imperium longa pace iam diu florebat, ſummorum ducum felicitas Iuſtinianũ Imperatorem maximè metuendum reddiderat, & paulatim glorioſa ſuſcipiens incrementa, domitis finitimis barbaris, defunctæ romanæ amplitudinis maieſtatem græca dominatio exhibebat. Sed inuidia magnarum rerum indiuidua comes, tantæ fortunæ inuidit, lateq; in dies dominationis gliſcentis, iam tunc ſurgentes fruc-

tus, velut intempeſtiua grando decuſſit. Narſes in affectantis imperium ſuſpicionem, ab aliquo obtrectatore, queis principum aulæ, in bonorum, & fortium virorum perniciem abundant, apud Iuſtinum (olim Iuſtinianus ſuum diem obierat) adductus, ab illo, anno duodecimo, quam Italiam gubernauerat magno cum dedecore, longino ſucceſſore miſſo, in ordinem redigitur. Quin etiam Sophia imperatrix, quò rerum humanarum caſus demirere, contuſiq; viri virilitati procaciter illudens, eum in Græciam non vt fortiſſimarum legionum ſtrenuiſſimum ductorem, ſed vilium ancillarum moderatorem, non ad vrbium expugnationem, tot victorijs Orientis, & Occidentis clariſſimum Imperatorem, ſed ad molle lanificium lucubrantibus fœminis diuidendum reuocabat. planè vt ſemper appareret initium turbandi omnia à fœmina oriri. Tam inſignem iniuriam fortiſſimus ſuę ætatis, & multorum ſeculorum imperator non tulit. Longobardis, cujus genus & originem ſcripſere alij in vltionem, Italiam monſtrauit. Inhorruerè cęleſtes orbes, telluſque ingentibus concuſſa motibus, igneæque acies teſte Gregorio, in cœlo viſæ ſanguinis effuſiones ſub Longobardico imperio in Italia, vrbium excidia, mortalium cædes, diuini, & humani iuris violationem portenderè. Narſes ſuum dolorem egregiè cum puniuiſſet, hac vna re infelix, qui vltioni minimè potuit

Digitized by Google

tuit ſupereſſe, in græca Vrbe Neapoli, incertum an approperata curis mors extinguitur, Vir cum religione, tum militari gloria nemini ſecundus. Exactis ab Italia Gothis, miſsis ſexcentis alijs triumphis, queis penè totum terrarum orbem nobilitauit, digniſſimus, qui illi de publico ſtatua in Inſubria decerneretur, niſi beneficium ingens noua accerſita barbarie corrupiſset. Tot prodigijs, quæ ex varijs locis nunciata fuerant, ſolicitæ Italiæ, duo mortalitatis extrema tela, fames, & peſtilentia acceſſerè, quæ maximè lugubrem annum illum reddiderè. Innumeris funeribus ciuitates exhauſtæ; latè enim atra deſæuierat lues, Longino occidentis exarcho, & delectum negauerè, & Alboino Longobardorum Regi florentiſſimæ partis orbis imperium, mira felicitate conceſserè. Exarchus Rauennam, quantùm tam inſignis temporum calamitas ferre poterat, muniuerat, vrbem & Flaminiam Summus Pontifex tuebatur. Cætera vero Italiæ, deuaſtanti omnia libidini regiæ permittuntur. Itaque diem, noctemque continuato itinere, nullis occurrentibus hoſtibus, à belli conſilijs ad curanda corpora verſis incruento gladio longobardicum imperium pleraque latè Italiæ accepere. Iamque Taruiſij, Veronæ, & Vicentiæ immanis tempeſtas detonabat; prioribus edocti cladibus Inſubres, quæ fides barbaris adhibenda eſſet, vrbem & ſe ipſos, ad obſidionem

impigrè ſuſtinendam præparabant. Qui cum imperio verè præeſſet, quos conſules illa ætas haberet, vbi terrarum Accinus eſſet, & hæc ſimilia mi Lector, quia raræ per ea tempora literæ erant periere. Honoratum tamen Archiepiſcopum, ſingulari ſanctimonia virum annales referunt. Hic cum apud ciues authoritate ſummà valeret, facile eis perſuaſit, vt voluntaria deditione diuturnæ obſidionis ærumnas redimerent, ſeque integros ad meliora tempora, ſi Numen vellet reſeruarent. Cæterum fœdè dedita vrbs, iam familiaris hiſce cladibus facta, ac ſi vi capta foret, à barbaro habita. Eaque ſui ingenij atrocis ſpecimina dederê, quorum commiſeratione, & tellus inſolito concuſſa motu, cœlumque ipſum fuerat viſum conflagrare. Reſtituta vrbis magnificentia, & aliqua ciuium opulentia, inexplebilem pauit auaritiam, omniſq; ſexus, vel iniuriæ, vel ferro opportunus, prout voluerê hoſtes, variè in hoc theatro crudelitatis exercitus. Honoratus, qui præcipuus autor vrbis dedendæ fuerat, tam alta ſpe fruſtratus, ſibi cordis intima ratus auelli, cum ſuas oues, vel ad ferrum, vel ad ſtuprum rapi, nequicquam Paſtoris auxilium implorantes cerneret, in Liguriam abijt; ibique haud dignus illo genere lethi ſanctiſſimus moritur Archiepiſcopus. Plerique nobilium & ipſi in eumdem locum tutiſſimum per ea tempora receptum ierê exulatum. Hæc noſtræ, tum ciui-

tatis

tatis facies erat, iterum in ſeruitutem infandam deuolutæ, aliam atque aliam venturis tempeſtatibus ſubituræ, donec ipſa, in Auſtriaca potentia æternùm conquieſcat. Sed Longobardorum caſus in Italia, ſiue proſperos, ſiue aduerſos alij retulerê, neque eos rurſus perſequi operæ pretium eſt, cum ſatis ſuperque ſit oneris, exordia ſcribere & incrementa SENATVS MEDIOLANENSIS. Omnia fermè tamen, quæ ad patriam noſtram ſpectant attingere ſtat ſententia, vt quibus dominis, quibus legibus, ab vrbe condita paruimus, quantum temporum obſcuritas patietur, ab longa vetuſtate vindicetur, planè vt Auſtriacam felicitatem, ſub qua iam ſeculum amplius quieſcimus, ex ſuperiorum cladium comparatione, facilè quiuis etiam poſſit argumentari. Sed Alboinus Roſimundæ vxoris, inſidijs, quia in patris cranio fœminæ vinum bibendum propinauerat, ſolenni dominantium exitu necatur. Inſigni apud poſteros vltione, niſi eius gloriam proſtrata parricidæ pudicitia, in necis ſiue præmium, ſiue incitamentum fędaſset. Alboino, Dapho ſublegitur, ſed exigui temporis rex, altero anno, quàm ad regium ſplendorem euehitur, præ nimia crudelitate ab optimatibus regni mactatur. Tunc Longobardi vnius dominatum pertæſi, regioque nomine exulare iuſſo, imperium in multas partes diuiſerê. Tot ciuitatibus, totidem

Digitized by Google

Præfecti, verius diceres carnifices attributi, trige-
ſimum numerum expleuerè. Mediolano ne tragi-
corum ſcelerum exempla deeſſent, peſſimus om-
nium Alboinus nomine euenit. Hic per nobilium
cædes promiſcuè peruagatus, quos ab exilio patriæ
deſiderium reuocauerat. Nec ſatis habuit morta-
lium ſceleſtiſſimus ciuium fortunas vna cum ſan-
guine eripere, ipſum pudorem ab ingenuis, ſe-
cundum Numen chariorem auferebat. Enim verò
ciues ingenti ſilentio defixi obſtupeſcere, rerumq;
in dies triſtiorum futurarum cogitationes mentes
occupare, quodque in ſummis calamitatibus ac-
cidit, planè miſerijs obruti animo deſpondere.
Itaque nec tantis malis proſpicere, tyrannum ex
humanis eripiendo, quæ ſemper fuit virtutis via
expeditiſſima, fortiſſimi alioqui Inſubres auderent.
Sed deeſſe iam incipiebat materies penè decennali
feritati, iam quiſque optimus ad cædem conqui-
ſitus, & ciuilia ingenia ſi quæ erant aut barbaris ſe-
ſe permiſerant, aut ſolum verterant, omnia obti-
nente libidine & crudelitate. Nec Alpes profue-
rê, quin in illas regiones, miſeriæ noſtræ velut con-
tagio quodam dimanarent. Trans montes exhau-
ſta Italia, quibus inſultarent quæſiuerè Longobar-
di. Et ipſa fortuna ſub ipſis ſtipendia facere vide-
batur. Multis Burgundionum millibus occidio-
ne occiſis, cum magna præda ouantes in Italiam,
eam enim iam ſibi patriam fecerant, rediere.

Reuenientes ingens tumultus excepit. Actum erat de Longobardis, niſi mutata ſententia, rurſus regiam dignitatem, triginta ducum dominatu antiquato fuiſſent amplexi. Si quidem occidentis querelæ orientis Imperatores, vel propria vel exarchorum inertia languentes excitarunt. Polluta maximè ſacra Mauritium Imperatorem glorioſiſsimo ſuo exitu inclytum, qui ſiccis oculis filios, & vxorem trucidari ſpectauit, ipſe mox mox eodem fato ob iuſtam Numinis iram periturus, accerſerunt. Cumque varijs & magnis cladibus, Longobardorum ferociam frangeret, triumpho iam proximus erat. Sed ipſi de ſumma rerum conſultantes, Authari Cleophonis filio regia ornamenta confeſtim detulerê. Flauiumque ad maiorem decorem appellarunt, quo duce aut Principe, nutans imperium, orientis viribus impulſum confirmarunt. Flauio fortiſſimo Regi laborum ſocia, curarum leuamen deerat coniux. Galliarum Regis filiam in matrimonium petiuerat, ſpoponderatque eam Rex, nuptiæ diducebantur, cum filiam Gallus Gothorum Regi Hiſpaniarum nubet. Flauius vt æquum erat, ingentem iniuriam armis vlciſcens, in Baiorarij Regis domo, quam ei, & nobis iam diu Numen deſignauerat, magnam illam inuenit, & verè FORTEM THEVDELINDAM. Non alia tam opportuna Inſubriæ bono data, diceres ex induſtria gallicas nuptias perturbatas, vt

talem

talem, ac tantam fœminam haberemus. Non minus decora ore, quam indole planè regia conſpicua ſui æui facile fœminas omnes anteiuit. Vnica hæc barbariem emolliuit, eaſque artes docuit, queis ad ſeculorum durationem imperium Longobardi propagarent. Nouerè & ipſi fœminæ ingenium, quod ſingulari iudicio comprobarunt. Authare veneno, nobiliſſimo Principum fato, ſublato, minimè fuit dubitatum, tanta erat fœminæ opinio, quin illi ſumma rerum committeretur, eumque ſe Regem habituros ſolenniter iurarent, quem illa ſuis nuptijs dignum exiſtimaſſet. Neq; diu in electione cunctata. Agilulfum Taurinenſium Ducem ſumma fortitudine, ac probitate iuuenem elegit. Flauius appellatus, Mediolani corona primus omnium in baſilica Ambroſiana, ferrea euincitur. Cuius exemplum deinde plurimi fuerè ſecuti Imperatores. Cæterum inſignem pietatem fœminæ, etſi auguſtiſſima Templa, quæ excitari tum poterant, cœleſtibus ab ipſa dicata, & Modoetia maximè illuſtre monimentum teſtentur. Nihil tamen magis eam indicant, quam magni Gregorij Pontificis Maximi Dialogi tantæ Reginæ inſcripti. Infantem enixa eſt, ſed degenerem prolem, Illi tamen vt regi, quamdiu in humanis fuit Theudelinda, honos ſeruatus. Hæc inter Romæ ingenti peſtilentia laboratum eſt. quæ lues acerbiori altera magis, ac magis efferata, infiniti mor-
tales

Digitized by Google

tales, ſternutando efflarunt animam, cumque nulla humana medela proficeret, ad Cæleſtem, animum addixerê. Litaniæ Maiores tunc primùm inſtitutæ, auitas illius gentis in huiuſmodi euentibus ſupplicationes, & inania idola excepere. Hoſtiæ non animantia, aterque cruor fuſus; ſed ipſa corda ad placandum Numen inſigni dolore atrita fuerè, nec libros ſybillinos adire iuſſum, ſed propria crimina ſcrutari, præeunte verba Summo Pontifice Gregorio, ira Numinis ceſſit. Angeluſque viſus eſt in ſummo molis Adriani condens gladium, placatæ iræ argumentum, quæ res celebre deinde arci fecit cognomentum. Cæterum Longobardicum Imperium, ab Theudelinda reſtitutum ſub Deſiderio Anno ducenteſimo, quàm inchoauerat deſijt. Velle ſe rebus Eccleſiæ immiſcere (adeo eſt immoderata auiditas humana: miſerabile Dominantium naufragium eò magis deflendum, quò vt plurimum ab aſſentatoribus corrupti alioqui optimi Principes in illud incidunt) inſigne documentum hanc prouinciam ſolis Summis Pontificibus eſſe demandatam, tanti occaſus imperij occaſio fuit. Ticini ab Carolo Magno longa obſidione domitus Deſiderius, longè clariſſimis ſignis expeditionem eam cæleſtibus comprobantibus vna cum filijs, & theſauro in Gallias ab victore rege deportantur: lacrymabili principum ſorte, vt eos non copiæ, non

magna

magna natalia, regia purpûra, aut immanis pecunia tueatur, vbi inter exempla rerum humanarum, eos aliquando immortale Numen deſignauit. Tanta moles Longobardica collapſa eſt, vt fermè neſcias feliciùs ne incœperit, an triſtiùs deſierit: Ita Inſubria rurſus poſt annum ſeptingenteſimum ſeptuageſimum ſextum Gallicæ potentiæ pars euadit. Sic rerum humanarum mutantur vices, quæ inſtar ſcenæ, variant perſonas, alternantque ſæpè imperia dominos, & nomina.

Digitized by Google

HORATII LANDI

SENATVS MEDIOLANENSIS.

LIBER SECVNDVS.

CAROLVM Longobardo deleto, diceres æternùm imperaturum, ſi legationes Italiæ Ticini agentem, gratulatum venientes numeraſſes. Ipſe inſignis pietate Princeps, occidentis opima ſpolia, cum Numine diuiſit. Immanibus terrarum ſpatijs ab gallici Regis munificentia Romana Eccleſia, iam tum primùm aucta; integræ prouinciæ mutarunt nomen, Flaminia Æmilia dicta, Mathildis heroinæ ampliſſima hereditas acceſſura, queis in eam magnitudinem ac opulentiam, pauperis piſcatoris Petri patrimonium creſceret, vt Summorum Pontificum affines, & maximè nepotes, Principes è veſtigio declararet. At Mediolani gallico præſidio recepto, nihilque ciuitatis regimine immutato penes conſules de more, velut ob fugatos Longobardos, purgatamque barbarie prouinciam, vota ſoluerent ciues, Angibertus Puſterla Archiepiſcopus, aureum

 illud

illud Altare, quod etiam nunc viſitur gemmis diſtinctum, verum ab dominantium auaritia aliquando imminutum, tutelari vrbis Ambroſio dedicauit. Et duo patritij comites, Paſtoris liberalitatem æmulati Fulco vnus, Pedo alter appellati, vtrique pari pietate, Magnæ Matri, ſacram Ædem excitarunt. Durantque etiam in hæc tempora. Pedonis Templum magni Federici Cardinalis Borromæi, ab vetuſtate eximia liberalitate vindicatum. hoc antiquitate fatiſcens, vt ferme quæque humana, familiæ Borromeæ gentile factum, quod nobiliſſimæ familiæ ſplendorem decebat, regio plane ſumptu reparauit. Templi laqueare, nocturni cœli pulchritudinem exprimit, plane vt ipſa quoque cæleſtia vaſtus tanti Archiepiſcopi animus amplecti videretur, vt ipſo luminum parente inuito, ſyderum errantium fulgorem die etiam ſpectaremus. Præpoſitum, & Canonicos ad augendum Eccleſiæ ſplendorem inſtituit, qui ſtatis horis, vt cæteri vrbis, in odæo alternis canentes vigilarent. Verum plus decoris, quam rei habuere. exigui redditus ab auita priuati Cardinalis parſimonia minimè templi maieſtati reſpondere. Et ne à patritijs plebes vinceretur, tulit illa ætas ancillam Secream nomine, quæ & ipſa Angelorum Reginæ Ædem extruxit, hancq; ab conditricis nomine ſacræ Virginis Secreæ templum appellarunt. Cæterum inualeſcente Beati Æmiliani prole, quæ in agro Bergomenſi cœperat,

 inſi-

inſignibus iſtius Sodalitij pietate, & ſapientia Patribus ſuperiori ſeculo dum hæc ſcriberem ſacra Secreæ Virginis Ædes commendatur. Per hæc tempora quoq; inclytæ in vrbe infinito mortalium concurſu baſilicæ Ambroſianæ, Canonicis; Petrus Oldradus Archiepiſcopus Monachorum Ordinem adiecit. Vt perpetui fermè in ſacra tanti Patroni Æde, rebus diuinis dicati viri, cæleſtibus canendis laudibus adeſſent. Cæterum vti euentus plures, nec raro moleſti indicarunt, dum maiori pietati ſtudet Archiepiſcopus, ingentem diſcordiarum materiem nolens poſteritati præparauit. Siquidem primorum illorum Presbyterorum, ac Monachorum ſimplicitatem, magis aulica ex vtraque parte ingenia excipientes, ſanctiſſimam alioqui Paſtoris mentem inuertere. Certamina dignationis orta in rebus leuiſsimi momenti, viros inter pietatis aſſeclas, dum alter ſibi iniuriam fieri putat, niſi alterum antecellat. hinc ſinguli dum ſua iura tueri conantur, inſita illa mortalibus ſocium imperandi libidine, eas interdũ contentiones peperere, quas multorum annorum labor virorum illuſtrium componere diu fatigauit. Sed dum Mediolanenſes rebus hiſce pietatis incumbunt Carolus magnitudine rerum, Alexandri, & Pompei gloriam æquans, religione, pietateq; ſupergrediens, Italici imperij diuturnitati conſulens, longè ſpecioſiſsimis artibus eſt vſus. Nouerat prudentiſſimus Imperator Italorum

ingenia è regione cum Gallorum pugnarè. Siue ipſa Cœli temperies ſit, ſiue quod magis crediderim, mortalium genus nimis ſuperbum, & in libidinem effuſum, certe in Italia gallicam dominationem inuiſam fuiſſe ſemper, omnium annalium memoriæ conſtantiſſimè retulerê. Italiæ optimatibus, ne ipſe ingentem militem aleret, ipſam prouinciam regendam dedit. Nondum illas artes, peſſima aulica ingenia principes docuerant, quibus ipſorum ſubditorum lacrymis veriùs, quam ſumptibus, iuſti ac magni exercitus alerentur. Quæ cum in ſpecie vtiliſſimæ Regibus videantur, re vera longè perniciosiſſime conſideranti altius eueniunt. Carolus Italiæ rebus compoſitis, nonnullos Inſubres Auocatos regios creauit, qui deinde Auogadri dicti, multos etiam Vexilliferos, vt Confanonerios haberemus, quintam poſt in Italiam expeditionem ad varios pacandos motus, Deſiderij Longobardorum Regis ſtirpe minimè quieſcente, ex qua Illuſtriſsimi Angleriæ Comites dimanarunt, Princeps belli, paciſque artibus, ingenti bonorum omnium luctu, in ſummo totius Eccleſiæ mœrore mortalitatem expleuit. Duo deinde Ludouici Italiæ imperium habuerê, quorum alter fuſis, & expulſis Saracenis, qui maximam Occidentis partem ingentibus cladibus deformauerant, priuilegijs minimè prophano dignis, quæ Pontifex Carolo Magno indulſerat, religioſe remiſſis, vt ei, & ſucceſſoribus ius

eligendi Summum Pontificem eſſet, cum magna gloria, exacta ætate Anno octingenteſimo ſexageſimo nono Mediolani moritur. Situs eſt in Baſilica Ambroſiana vti ſepulcralia carmina ad eius tumulum teſtantur. Per eoſdem dies infanda prodigia vulgata, ingenti terrore mortalium mentes repleuerê. Brixiæ tribus diebus, ac noctibus quod humanam excedat fidem, ſanguinem pluuiſſe, & in Italia, & Gallijs maximam locuſtarum vim fuiſſe, ſex alas, & totidem pedes, duoſque dentes duriores lapide habentium. Hæ milliaria quatuor complectentes, longè lateque agros deuaſtarunt, triſtiſsimam hyemem, quacumque incederent inferentes. Cæterum in mare Anglico merſæ, etiam defunctæ obſuorê. Ab ipſis vndis eiectatæ, præ putri ingens vis hominum in littore periere. Sub funere Ludouici Regis, nutarunt in Italia Galli. nobiles aliquot familiæ, quæ regijs auſpicijs vrbibus præſidebant, validiores factæ in diuturno magiſtratu, imperium paulatim emungebant. Et ipſi haud ſemel fratres Cæſares, in mutuam perniciem armati, adeo inſociabile regnum eſt, vt iura imperij fraternis vinculis potiora eſſe diceremus, ſubditorum ſtudia vti fit, in diuerſas trahentes partes, dominatum magnis motibus quatierê. Iam generoſiſſima Deſiderij Regis proles ab inuicta virtute ſubſidia aduerſus ſæuientis fortunæ vim comparabat. In Italia Obizzo Vicecomes, multis victorijs clarus, & illuſtris erat.

Cuius

Cuius fama germanum Imperatorem pertraxerat. Othoni, hic erat Imperator, mirificè acceptus, ſiniſcalcus magnus, & Aronæ, Angleriæque dominus appellatus. Quæ loca cum multis alijs criſtallinis, piſcoſiq; Verbani in Illuſtriſſimam Borromæorum familiam, ſtipendiario nomine ceſſerè. Otho ad caſtigandam Berengarij ſuperbiam, ab Italiæ proceribus vocatus, cum mortalium quadraginta millibus irrupit. Qui proſpera fortuna imperio potitus, haud abſtinuit Roma, eaque pari felicitate domita, Imperator Italiæ Otho primus eius gentis coronatur. Per idem tempus Montisferrati Marchiones cœpere. A Fabro Ferrario, cuius officina in vertice Montis iuxta Cretam, celebre cognomentū ſumpſit. Tantæ fortunæ initium ab violata Alace Imperatoris filia, ab Aledramo longè nobiliſſimo. Maieſtatis damnatus, Albengam cum vxore fugiens, in priuata fortuna importuni amoris pœnas luebat. Sed indulſerè Numina viro ingentium animarum parenti. Dum Imperator Italiam peteret, Albengæ Epiſcopo, cæco amori veniam deprecante, ignouit clementiſſimus Imperator. Præmium violatæ pudicitiæ Montisferrati tractus fuit. Quæ Cæſar inaudita clementia Princeps ſuo diplomate Rauennæ ſanxit, Anno à Chriſtiana dinumeratione nouecenteſimo ſexageſimo ſeptimo vigeſima, ſecunda Martij. Quin imo genero ſuo Marchioni Adelcidæ imperatricis precibus Aquenſem comitatum

tatum addidit, Sauonenſem, Aſtenſem, Parmenſem, Cremonenſem, & Bergomenſem, multaque alia haud obſcuri nominis loca, Aledradi ſtipendiaria fecit, vt facilè venientibus ſeculis appareret, iſtorum Principum magnitudinem, ab imperio ſolo dimanaſſe. Cæterum Montisferrati Marchiones, magnorum motuum vt ſuis temporibus, cauſa extiterê. Sed Otho Imperator inde namque diuerteram, antiquum ſuum regimen Mediolanenſibus reſtituens Bonicium Scroſatum ex plebe hominem, ducem Inſubrum creauit. Bonicius tanto faſtigio, quod ſuos natales longiſſimè ſuperaret, haud contentus vt eſt inexplebilis humana auiditas, niſi filium etiam Landulfum Eccleſiæ Mediolanenſis principem haberet, quò res omnes, & quidem cum ingenti inuidia in patria obtineret. Auerſari tum ciues, fremere, vniuerſa ciuitas, maximeque clerus indignari, iratique omnes Imperatori, qui defuncto Summo Pontifice, impudenti Bonicij poſtulato annuerat. In id rerum diſcrimen deducta res eſt, vt mutuis odijs exardeſcentes, duæ in vna ciuitate factiones, iam arma doloris ſolamina expedirent, iturę in cædes, neque ab ipſo Paſtore, cuius adulterina promotio ciebat iras, niſi ſibi in tempore fuga conſuluiſſet, manus haud facilè temperaſſent. Sed Bonicio, auiditatis humanæ documento, nimia extollendi filij cupiditas capiti ſtetit. Ab Mantegatio, ex quo familia, dormiens trucidatur. Ingentium

ſimul-

ſimultatum fuit hæc materies, quæ ita variè ciues, & Archiepiſcopum exercuerè, vt poſtremò ipſe Eccleſiæ redditus per ſummum dedecus, tantus amor imperandi alienare minimè dubitaret, quò ciuium infenſorum odia aliqua ratione leniret. Cæterum malis artibus quæſitum Pontificatum, peioribus retentum, optimis reliquit. Dolore actus, in magni criminis expiationem, Diuo Celſo Eccleſiam, vnà cum cœnobio dedicat, datis ampliſſimis fundis in Monachorum alimenta. Verùm hæc opulentia tractu temporis magis nobilitata. ex Monachorum, Cardinalium alimenta facta; exigua tantum portione relicta, ſumma Romanorum Pontificum prouidentia, ne Religioſis viris, quam vouerê paupertatem, immodicis diuitijs, violandi locus relinqueretur. Sequitur Othonem Henricus Saxoniæ Dux; diademate de more cinctus Anno reparationis humanę nouecenteſimo ſexageſimoquinto. Quo tempore ius ſuffragij Cæſarem creandi datum ſeptem Germaniæ heroibus, ne aliquando pueri imperarent, extrema irati Numinis ira, ab ſummo ſacrorum Principe ſapientiſſimè prouiſum. Interim functus eſt fato Imperator, Corradum Cæſarem dixere auguſtales viri, qui primus in S. Ambroſij Baſilica, ciuitate ad ſpectaculum gratulabunda effuſa, ab Heriberto Archiepiſcopo corona ferrea euincitur. Et Cæſar ob Italiæ quietem conuentum Roncaglię indixit. Quò Eccleſiaſtici & laici proceres, ipſique

que Mediolani conſules frequenter conuenere. Admiratus eſſe dicitur Cæſar inter cætera ſummam Heriberti facundiam. Hic fortuna vſus ab Imperatore obtinuit, vt ius impoſterum Mediolanenſi Antiſtiti eſſet vacuæ Eccleſiæ Laudenſi paſtorem ſufficiendi. Quò facilè appareret effrænem illam latius dominandi libidinem, prouinciarum quieti ſemper obfuiſſe. diceres indictum bellum inter Mediolanenſes, & Laudenſes ab hoc decreto. Adeò mortalibus odijs, quod maximè mirere, vtrique fuere ſe inuicem proſecuti. Heribertus ferox, ac potens, validum enim Archiepiſcopum, cum cæterorum in Inſubria procerum potentia infracta, cum Cæſarum conniuentia fecerat. Domitis Cremonenſibus, qui rebellauerant, eiſque in ſui verba iurare adactis, Carroccium, funeſtiſſimum illud inuentum architectatus aduerſus Laudenſes qui Ambroſium Arlunum Canonicum Ordinarium, illius Ciuitatis Epiſcopum deſignatum reiecerant, duxit. Capitanei, Præfecti, & Valuaſores ſub Heriberto ſtipendia tum faciebant. Cæterum Laudenſes opportunè Archiepiſcopi frementis iræ ceſſerê. Sed ſubeunte dolore amiſſæ iucundæ libertatis, cum multis alijs, & maxime Cremonenſibus, quos Archiepiſcopus proditionis damnatos honoribus, & fortunis exuerat, haud contemnendam manum contra Mediolanenſes comparauerè. Legibuſque militaribus edocti, copias quaſque, vel numeroſas,

& inuictas, nihili ęſtimari, niſi tutiſsimum habeant receptum, Mottæ arcem communibus votis, lacrymis veriùs ædificarunt. Sed cum ij ex diuerſis familijs in vnum coaluiſſent, ne variæ domus cognomenta diſsona, imperia perturbarent, omnes Mottæ domini voluere appellari. Ancipiti ſed fermè ſemper ſanguineo marte, dicitur multoties ad eam arcem pugnatum. Verùm cum Archiepiſcopi vires paulatim languere viderentur, Corradus ex Germania in ſubſidium vocatur, iunctęque Cæſaris copiæ, Heriberti, haud difficulter hoſtes depulerè. Sed Corradus dum ad leniendas iras, vel demerendos animos, aut ad minuendam Heriberti potentiam, priuilegium, quod Antiſtiti de ſufficiendo Epiſcopo Laudenſibus reuocat, in ſe Heribertum conſuleſque noſtros concitauit. Maximè dubitatum de Imperatore. Tantæ vires Mediolanenſis Archiepiſcopi erant. Victis nobiliſſima victoria Germanis, Vix Ticinum Occidentis Imperatorem ab Inſubre paſtore eſt tutatum. Sed Corradus ingentium irarum plenus, inſano dolore furens, vltimo excidio Mediolanum reparatis viribus, deſolaturus feſtinabat; Iamque ſuburbia incenderat, cum Ambroſij tutelaris horribile ſpectrum, euaginato enſe, irato ore viſum ab hoſte, tantum illi pauoris iniecit, vt è veſtigio abſcederet, & in Germaniam breui moriturus properaret. Per hæc tempora Humiliatorum Sodalitas, vt ſunt fermè omnia initia,

pieta-

pietatis, humilitatis, & omnis ſanctimoniæ altrix. Cæterum adulta, corrupta. Scilicet ea erat, quę Caroli Cardinalis ſanctitatem, Pij Quinti Pontificatum maximè illuſtraret. Initium huius infeliciſſimi cætus ſic referunt Scriptores. Optimates nonnulli Mediolanenſes, ab Corrado captiui in Germaniam deducti, intra caſtra vitam Angelicam viuebant, vouerantque Numini ſuas opes, ſi in patriam incolumes aliquando reueniſſent. Candidaque cuculla induti, voti compotes facti, candorem quoque animi primi illi patres prætulerê. Cæterum paulatim ardore illo conſeneſcente, commune rerum humanarum fato, tanta religio degenerem habuit prolem. Vt cætera portenta omittam, quæ cum alij Scriptores meminerê, tum de hac gente iuſtum volumen aliquando edet Ioannes Petrus Puricellus de me optimè meritus, vir æquè doctiſſimus, ac modeſtiſſimus, quæ rara felicitas eſt, Baſilicæ Laurentianę ab Federico Cardinale Archipresbyter datus, an totum ornamentum, haud facilè diſcernas; ſuperiori ſeculo parricidam illum tulit, qui in Carolum diuiniſſimum paſtorem ſclopum rotatum exploderet. Sed innoxiæ pilæ reueritæ virum, ſupplices deffluxerè ad pedes. De parricida, cuius nomen vetat atrox facinus memorari, ſupplicio ſumpto, ipſe Ordo paulò poſt ab Pio Quinto horribili carmine antiquatus. Certè peculiari quadam ſic dixerim Numinis induſtria, vt tantæ opes,

quæ vnicæ iam familiæ luxui deſeruiebant, ſexcenta deindè pietate inſignia opera ſuſtinerent. At Mediolani pacem foris partam, domeſtica ſeditio excepit. illa eadem, quæ Romanam potentiam creſcentem diù eſt morata. Nobilitas, & plebes diſcors, vetus in illuſtribus ciuitatibus malum. Hæc quia ſeruire, illa quia imperare neſcit. Duce Lanzonio Curtio, Capitanio populi honorificè appellato, mirum quantum nobilitati plebes inſultauerit. Adeò ſi ſemel impunè erumpat, furere audet ignobile vulgus. Sed mira Heriberti paſtoris, tum dexteritate, ſingularis illi inerat facundia ad gratiam popularem aucupandam, cum authoritate, grandis ſeditio componitur. Quod illi vltimum operum mortalium fuit. In Dionyſiana æde ingenti gloria plenus, primus Mediolanenſium Antiſtitum, qui Pontificatum armis illuſtrauerit in vrna marmorea quieſcit. Et hæc carmina ab ipſo mortalitatis memore ſuo tumulo inſcripta. cum potentiam tùm pietatem indicant Archiepiſcopi.

Hic iaceo puluis, cui quondam claruit orbis
Tunc Heribertus eram, nimioq; decore vigebam
Officio placidi fungebar Præſulis Archi
Nunc tumulor ſeruus, ſeruorum Chriſte tuorum
Pro meritis horum tibi digne complacitorum
Sanguine quæſo tuo mihi tu miſerere redempto.

Huc

Huc veniens lector, ſibi dic ignoſcere demptor
Vt viuens vita requieſcat ſemper in ipſa.
Obijt Anno Dominicæ Incarnationis M. XLV. XVI. Die Men. Ian. In dit. XIII.

Tanti viri obitum ſequuntur tempora maximè turbulenta, ciuilia mala, tragicorum ſcelerum ſeges, maleque aliæ artes, ingentium turbarum cauſa extiterê. Iam ab externo hoſte quies erat. Barbari non amplius ex libidine excurrebāt, inuicta virtus Inſubrica nouerat ſe aliquando, ac coercere hoſtes iam didicerat. Ergo domi minimè defuerê, qui rem Mediolanenſem cladibus inſignibus nobilitarent. Damnata Pontificijs diris ciuitas, diuina conculcata, oleum ſacroſanctum humi afflictum, pueri in Archiepiſcopum lecti, legati Pontificij contrà ius gentium violati, vaſtum miſeriarum omnium theatrum ciuitas alioqui religioſiſsima effecta. Guidonis de Vellate familiares duo, defuncto Heriberto ſuffecti, dum intempeſtiuè corrigere mores, ac præcipuè Clericorum ſtudent, inuiſum adeò omnibus Pontificem reddidere, vt ipſe malorum thædio victus Gottifredo Caſtillionęo Canonico Ordinario, quò inuidiam in eum exoneraret, Archiepiſcopatum tradere deliberauerit. Reque ad Cæſarem delata annuebat Imperator. Sed Ciues adulterinum Paſtorem reiecere, vt illum, qui minimè Romano Pontifici probaretur. Paucos iam antè menſes hoc ab Vrbe decretum manauerat,

vt

vt Epiſcopi ab ipſo Sacerdotum Principe peterentur. Indecorum enim prophanum principem ratum in animarum paſtoribus ſe immiſceri. Sed Gottifredus ſacri,& ſupremi faſtigij in patria cupidiſſimus, negatam ſibi dignitatem, armis vindicare parat. Cæterum vana ſine viribus ira. In oppido Caſtilionęi obſidebatur, haud dubiè deditutus, niſi atrox incendium Mediolani ortum, ciues in patriam obſidentes reuocaſſet. Et hæc clades ex ijs, quæ violentia ignium huic Vrbi acciderunt, longè omnium clariſſima à Scriptoribus memoratur. Momento peruagatum incendium, magnam vrbis partem corripuit, priuata fermè omnia ædificia, publica etiam aliquot inſignia conflagrarunt. Quæ inter Laurentiana ædes ſacra, nudatæque periſtillio ſuo ſexdecim columnæ illæ ſtriatę lugubria manent magni olim incendij monimenta. Intereà Guido de Vellate Archiepiſcopus, prouectæ tamen ætatis, ſi curę abfuiſſent, ab humanis eripitur. Diuque de ſucceſſore certatum. Seueriſſimus ille morum caſtigator Erembaldus, tot labores exantlatos, ingentemque illum, qui videbatur ardorem in auita diſciplina reſtituenda, puerum penè ad Pontificatum trahendo, incertum an flos ætatis, an virtus conciliaret, deformauit. Verùm paucarum horarum, ſicuti annorum Archiepiſcopus fuit. Impetu in ædes ab furibunda plebe facto, vix Athonem imberbem decadentes lacrymę, in tanta

conſ-

conſternatione ſeruauere. Confeſtim in Baſilicam delatus, publico in ſuggeſtu ad Pontificatu iubetur ſe abdicare. Et has tragœdias in ſumma libertate, illorum temporum Ciues in patria vrbe repræſentabant. Hæc potentia Inſubrica ceu mare ſuperbum ventis, ac procellis agitatum, huc & illuc pro libidine furibunda ferebatur. Et ſi inteſtinæ diſcordiæ, peſſimum Ciuitatum venenum abfuiſſent, quæ vires noſtras, tot in partes, atque factiones diuidebāt, ad orbis imperium citrà temeritatem poterat opulentiſſima prouincia aſpirare. Principes externi iam penè ludibrio. Non Summi Pontifices, non Cæſares, non cuncti, Occidentis ſiue Orientis tyranni, inſubricam ferociam minuere. Finitimi niſi imperata facerēt, egregiè puniebātur. Comēſes inter cæteros, dum ſupremum noſtræ vrbis detrectant imperium, Prætoremque, ab Conſulibus Mediolanenſibus datum haud admittunt, varijs, & acerbiſſimis cladibus per multos annos, Archiepiſcopo Mediolanenſe duce domiti. Ad extremum ipſa vrbs Nouocomum, concremata. Coacti infelices ciues, magno excidio ſuperſtites, antiquam illam primorum parentum ſimplicitatem repetere. In caſis paleis, ac ſubitarijs, ſilenorum more in auiti larij littore, ad nutum Mediolanenſium, fumantis patriæ mœſtiſſimas canere elegias. Ità in tam turbulentis temporibus, queis atroces ſeditiones, frequenter in ciuitatis perniciem exoriebantur,

tur, belligeri illi ciues, ſecundùm conſules, ſupremum in dominatu Archiepiſcopum venerabantur. Et cæleſtia ipſa, huic regimini fauere viſa. Dederê Archiepiſcopos non minus infula, quam armis claros, qui & oues ab lupis tutari, & de ipſis lupis ſumere ſupplicium pari virtute didicerant. Sed nihil æquè in humanis difficilè, quam nimiæ felicitati modum imponere. Magni Oceani gubernatores, vbique ſecundis ventis vela percutientibus, penè certum naufragium horrent. Sua magnitudine tanta potentia, quæ commouebat terrarum Principes laborabat. Iamque illud felicitatis humanæ culmen attigerat, vt pro libidine Mediolanum finitimis daret leges, iuberet, neque à nobis dominari illuſtres alioqui gentes erubeſcerent. Haud dubiè latius imperium propagaturum, ſi moderationem adhibuiſſet, parcendoque ſubiectis, ac debellando ſuperbos, optimis augendæ dominationis artibus, minimè Italiæ cunctos popularium animos irritaſset. Laudenſes hoſtes, veluti diuinitùs per ea tempora exercendo nomini Inſubrico dati. Sæpeq; ſatis iuſta clade eruditi, donec de ipſa quoq; tñ laude Pompea triumpharemus minimè quieuerê, vt ipſa potius extorſiſſe triumphum, quam nos affectaſſe diceretur. Sicque ciuitas illa inclyta, quę Pompeum magnum conditorē agnoſcebat, cum ſuorum ciuium pertinacia, tum noſtrorum patrum acerbitate, expugnata, ac dire-

pta.

pta. Triumphum illius vrbis, ſecutum Mediolani excidium. Et ipſum cœlum inſolito ardore, ardere viſum, funeſtiſſimuſque cometes, qui diù effulſit; fonteſque limphæ obliti atrato ſanguine manantes, capitis huius gentis vrbis excidium portenderè. Fridericus Ænobarbus, fatalis ille Inſubriæ hoſtis, quem irata Numina diceres ad ſingularem maiorum noſtrorum potentiam infringendam dediſſe, longè omnium acerbiſſima clade Mediolano illata, immani hic ingenio, ſicuti non nemo clementi, barbarus Imperator emerſit. Fortè fortuna mercaturæ gratia, Laudenſes duo in Germania agebant. Hi atrati facieque ſquallore obſita, grauiſſimas vt ipſi ferebant, à nobis acceptas iniurias expoſtulantes, ante Imperatoris tribunal procumbentes, incendium, quis crederet lacrymis excitarunt, quò vt pulchriores deindè efficeremur, conflagrauimus. Graues, & ſuperbos eſse Mediolanenſes, pro ludibrio in eorum patriam, ac ciues deſſæuitum, velut iam viliſsima mancipia haberi. Sed hæc, fortè vuulgares querelæ quærentium, quæ potentium aures pulſare ſolent. Sciret Imperator in Laudenſium vltione, etiam ſuam cauſam acturum. dandos eſſe frœnos indomitæ genti, quæ etiam orbis imperium affectaret. Vaſta agitare animo Inſubres. recordaretur Cæſar, ne ſiue conniuendo, ſiue negligendo, grauiorem in dies tam ferocem hoſtem redderet. Subiturum deindè

G eum

eum fortè pœnitentiam, ſed forte ſeram, rem familiarem multis humanis euentibus. Mouit Imperatorem cum lacrymabilis oratio, tum duæ cruces, quas in maximi mœroris ſignum, æquè callidi, ac miſerabiles oratores ex mercatoribus facti, Laudenſes baiulabant. Sicherium ex ſuis proceribus inſignem ad inſpiciendas res Laudenſes, & Mediolanum oratorem miſit. Sed hic ab nimis generoſo Longobardo violatus litteræ imperatoriæ proiectæ. rurſus in delationis pœnam laus Pompeia deleta fermè. in nos maieſtatis damnatos diram Germaniam concitauimus. Non aliàs maiore dolore actus, perduelles vlturus Germanus irrupit. Iamque in Italiam traiectis Alpibus, velut præcipitio ruebant hoſtes, pluresque catenas, quaſi ad certum triumphum properarent, quam arma ferentes. Sed multiplici clade infracta audacia haud ſatis pro meritis vecordiæ pœnas dedit. Quæ res grauiſſimè pupugit animum Friderici. Itaque ingentibus viribus auctus, Germaniam penè totam ſuis excitam ſedibus Fridericus acciuerat. Tot viribus tamen, ac copijs ſubnixo de Ænobarbo triumphabamus, niſi nos finitimi prodidiſſent. Conſulibus Othone Vicecomite, ne magnorum virorum nomina, qui extrema in magna obſidione pertulerè, gloria emerita paruuli iſti labores noſtri defraudent, *Oſſa de Oſſis*, *Anſelmo Horto*, *Amicio à Porta Romana*, *Anſelmo Mandello*,

Arderico

Arderico Bonato, patria, tecta, fortunæ ciues, liberi penates, cariſsima quæque heu ſeueræ nimis militares leges, victoris arbitrio permittuntur. Quingenti primùm ex prima nobilitatis nota, laudem Pompeam, ad Imperatoris, iuſſa accepturi, conceſſerè. Viditque illa vrbs in magnarum miſeriarum ſolatium, Ciues eos ſupplices, quos paulò antè familiari rerum humanarum inconſtantia, vindices fuerat experta. Cæterum ab Friderico mitius accepti præter ſpem, id quod erat in votis facilè crediderè, abſtinendum eſſe excidio vrbis. Sed irrita ſpes breue gaudium fecit. Temperatum tamen ab ferro. Infeliciſſimi ciues intrà octauum diem abire iuſsi. Iam tectorum diruentium fragor exaudiebatur, iam iniectæ faces domibus incendium vbique fiebat, iam diſcedentium ſiue morantium agmen lacrymas ciebat, ſed eę quod in extremis ſolet perierant, iam quid relinquerent, quidvè auferrent incerti, neſcires vtrum in ciuium ore, ſtupor ne an dolor magis emineret. Sicq; paucorum dierum ſpatio, ingenti finitimorum gaudio ſeculorum opus conſumitur. Tanta vrbs, maximorum Imperatorum regia, tot Martyrum incunabulum, orbis officina, in qua rerum natura parens ab ingenio Inſubrico ſuperari toties erubeſcit, ſecunda Roma, Mediolanum exſcinditur, deſtruitur, concrematur. Ex ampliſſima ciuitate mœſtiſſima ſolitudo reddita,

Digitized by Google

ex pulcherrima Italiæ deforme ſpectaculum. Parietinæ fumantes, vſtulata laquearia, crepitantes cum magno gemitu domorum contignationes, quæ violentia ignis ſoluebantur, immania murorum diruentium fruſtra, auguſtiſſima Diuum templa concremata, quemlibet niſi barbarum aſpectu commouiſſent, exanimaſſent. Corrupta omnino facies vrbis, adeò vt veriùs de illa, quam olim de Troia, vix ſupereſſe campum quiret dici, vbi fortiſsima æquè, ac vrbium pulcherrima Mediolanum quondam exurgebat. Cæterum in tanto omnium miſeriarum concurſu, ſeruata ab Imperatore in prædam trium illorum regum prætioſiſſima mortalitas; qui Regum Regem Infantem, ab Oriente, ſydere portentoſo duce venientes, in Betlemica rupe adorauerè. In germaniam delata Briſacchi, quæ ciuitas, dum hæc ſcriberem, ab Sueci defuncti regis reliquijs, vel inquietis tanti viri manibus obſidebatur, ſoluta deindè obſidio, ab Feriano Duce, in ſacra D. Stephani æde ſita: heu tot annis, auitum noſtrum theſaurum, exteræ gentes nobis impunè inuident. Hoc eſt ergo Mediolani illud excidium, ita ab omnibus Scriptoribus celebratum, vt nulla fermè res antiqua, nobilior, quæ ad noſtratia ſpectet, ſua memoria exiſtat. Et ad cladis immanitatem augendam, delirantes ſubindè anus excogitarunt, vrbem proſciſsam aratro, deſperatæ calamitatis ſupremo, ſale infœcundo

ſatam,

ſitam, dirisionibus damnatam. Quæ loquacium vetularum muſto redundantium ſomnia, dum tempus hybernum aſſidentes igni in ſimplicium corona fallunt, haud equidem in magno ponam diſcrimine. Cæterum Fridericus egregiè magno dolore punito, vt grates Numini ageret, Ticini proceres Italiæ gratulabundos, celeberrimis luxu famaque epulis excepit, Triduo genio indultum. Et ipſi Epiſcopi mitrati regijs menſis dicuntur diſcubuiſſe. Dein diademate vna cum coniuge euincitur. Quam pompam niſi Mediolani dominus, ſe præteriturum, tantum morabatur virtus Inſubrica, ſolenni voto iurauerat. Et in ſummæ compendium felicitatis, finitimi cuncti, Imperatori certatim ſe dedidere. Sed prætorum auaritia, & crudelitas, haud diuturnum imperium Friderico fecere. miſerabili Principum ſorte qui haud rarò magnas Prouincias gubernantium ſcelere, & auaritia amittunt. Suam Germaniam victor Ænobarbus petiuerat, diceres ab illius exceſſu Inſubriam imperatorijs miniſtris diripiendam eſſe datam. Epiſcopum quidem leodienſem reliquerat, qui plebem pulſam patria, nobilitas enim in ſuburbana, & melioribus quas poterat artibus, infelicitatem, & exilium tolerabat, ſe receperat, regeret. Sed hic Imperatorem vltra montes ſecutus Petrum Cuij mortalium ſceleſtiſsimum, ſui Vicarium reliquit. Non alius crudelior præfuit. Vix

ſpiritum,

ſpiritum,quo ſummas calamitates ſentiremus,perfidus Germanus indulgebat, fortunæ, prouentus, vectigalia, ingenioſa tributa, prouinciæ ampliſsimę ornamenta,minimè inexplebilem caribdim illam explebant. Nec conterminæ gentes pari feritate habitæ. Quas inter, Ticinenſibus, qui nobis perpetuo infenſi, Imperatori ſtuduerant, ſuis Magiſtratibus vti permiſſum. Soli Mediolanenſes, quorum vnica virtus metuebatur, fortunis omnibus exuebantur. Et ne procaciſsimæ fortunæ ludibria, quæ per ea tempora nos exercendos elegerat,deeſsent ob atroces querelas quæ barbaros mouerê, ignominia notato Petro, ludi quidam Magiſter ſufficitur qui aliquanto priori peior, ſi quid erat reliquum, ſuæ è veſtigio fecit partes auiditatis. Interim magnæ Vrbis Mediolani manes minimè quieſcebant, quos motus tanti faciebat Imperator, vt ter, aut quater ad illos componendos, inuitis etiam ipſiſmet Alpibus, quas hybernæ niues altiùs extollerant, properaret. Affecti plerique Inſubrum animi, etiam quibus ipſe fuerat gratificatus, minimè vanum defectionis metum præbebant. Barbarus in noſtro cœlo validus, noſtris alimentis fruens nobiles ſpiritus vrebant. Verùm nobiliſsimæ coniurationi deerat Princeps; motis animis dux. Et habuere illa tempora, *Pinamontis de Vicomercato* facundiam, quæ Mediolanenſibus facilè perſuaſit,vt Laudenſibus in ſui verba iurare

adactis,

adactis, ad Ticinum Cæſareæ copiæ vnà cum Comenſibus, qui ſoli in fide Imperatoris permanſerant memorabili victoria funduntur. Tuleruntque fructus victoriæ, & ingenti auſu dignos. Mediolanum ab ipſis ruinis magnificentiùs reſtitutum. Dimenſi vicorum ordines, diuiſa in plures regiones ciuitas, altiſſima foſſa cauata, Conſulum magiſtratus reſtitutus oſtendere Inſubres, in ipſis malis magnitudinem ſuam etiam innutriri. Fridericus ſibi Numen iratum haud dubiè ſentiens, inclinatis repentè rebus, quæ feliciſſimum curſum hactenus tenuerant, quæ erat via expeditiſſima ad placanda cęleſtia, neceſſitas ipſa ſuggeſsit, vt Summum Pontificem adoraturus, mortalium ſuperbiſſimus Venetias proficiſceretur. Graues, & acerbæ Reipublicę Chriſtianę ſimultates interceſſerant inter Alexandrum Pontificem, & Imperatorem. haud quaquã in magnis aulis deficientibus ciuilibus ingenijs illis quæ in turbido piſcantur; Hęc nimium ſuaptè natura tumidum, ac atrocem Fedęriceum animum, ad ipſum etiam in terris Numinis Vicarium laceſſendum irritarunt. Non aliud, orbis delitium Venetiæ, ſpectaculum iucundiùs aſpexerè. Summi negotij interprete Sereniſsimæ illius Reipublicæ, Petro Ciano inſigni prudentia viro duce; Quis crederet, Ænobarbus erroris veniam ab Alexandro ſupplex petiuit. Delectæ Venetiæ inter multas Italiæ ciuitates, quæ velut theatrum

longè

longè omnium nobiliſſimo lemmati repreſentando deſeruirent, planè vt in ipſis aquis ab vndis hauſturus frangeretur mortalium ſuperbiſsimus Imperator. Ampliſsimis priuilegijs tum Veneti ab gratiſſimo Summo Pontifice aucti. Et hæc eſt certiſſima illius rei fama, quam auita ſeculorum libido, quæ omnium faciem mutat, penè in fabellæ ſpeciem adornauit. Scilicet Summum Pontificem Alexandrum, crudeliſſimi Imperatoris fugientem minas in ſplendidiſſima Venetiarum vrbe diù latuiſſe: quin imò in humillimis miniſterijs, illum cui Angeli interris famularentur, inſeruiſſe, fortè deindè agnitum ſummis honoribus, qui ſupremo terratum Principi debebantur ab Venetis fuiſſe acceptum. Federicum intereà, cum finitimi in Italia, ſi Cremonenſes, ac Ticinenſes excipias, defecti, cum ipſum Mediolanum celeri deſperatione rerum amiſsum, ingentis ſpiritus virum angebant. Viciſſitudini rerum humanarum indignabatur, quæ præter cæteras clades, ipſum momento ampliſſimæ prouinciæ poſſeſſione, dulciſſima Italia deturbaſſet. Nec belli gerendi ratio, exhauſto ærario, fœderatis alienatis, Italia penè tota infeſta apparebat. Pacem ergo fieri placuit. Comitem Ezelinum, monſtri illius parentem, quod cum ipſa crudelitate de immanitate certauit, Anſelmumque ex Douara oriundum, pacem orantes, maioribus noſtris Mediolanum miſit. Inſubres pacis conditionibus

tionibus auditis, rem poſſe ex ſua maieſtate conuenire rati, legatos præcipuos ex nobilitate viros ad Imperatorem deſtinarunt. Qui fuerê, vt veterum nobilitatem ſubijciamus.

Guido Landrianus.	*Gulielmus Burrus.*
Pinamontes Vicomercatus.	*Guercius Buſsola.*
Adobrardus Bultraſſius.	*Aldericus Bonatus.*

Rogerius Marcellinus.

Summa fœderum fuit. Stipendiarios Cæſaris ſe faterentur Inſubres, auri pondo minus quotannis ſoluerent. Ex quatuor viris ab Imperatore, vnus à nobis in Prætorem eligeretur. Friderico ſemper vrbs pateret. Poſtremò, mutuo auxilio, Imperium, & Inſubria communes hoſtes propulſarent. Solenniter igitur in hanc ſententiam fœdere icto cum Ænobarbo, reſpirare Italia ab illo hoſte, qui quindecim amplius annos turbauerat. Et Inſuber à belli ad pacis ſtudia verſus, munire vrbem, deriuatiſque fluminibus, montanas opes coniungere, patientes nauium alueos cauare, in ijſque demùm moliendis rebus operari, quæ ad magnarū vrbium magnificentiam ſpectant. Tanta omnium alacritate, vt haud facilè diſcerneres, ciues ne an aduenæ promptiorem operam præſtarent. Et ipſe Silius Græcus Imperator ad reparandam patriam legatis

Mediolanenſibus ditiſsimum ſuum ærarium aperuiſse dicitur, ſed hanc velut intempeſtiuam liberalitatem vxor, ſuaptè natura, vt eſt hoc infirmum genus auarum, ægrè ferens auertit. Ita fœminæ vnius auaritia, magnæ liberalitatis Orientis beneficia, in tantis ruinis ac calamitatibus, haud fuimus experti. Cæterum Imperatricem vlti ſunt Inſubres. fœminam, quæ pudenda forbice tonderet, in marmore publico ſculpſerê. Quæ res portæ Tonſæ, vni ex regionibus vrbis, celebre deindè fecit cognomentum. Verùm hanc rem vt certam affirmare, quia penè nulla apud vetuſtiores Scriptores mentio eſt, non auſim. Fides ſit penes auctorem. Cum maximè hæc agerent Mediolanenſes, Federicum in Siriaca expeditione fata abſtulerê. Gurgite fluminis hauſtus, dum meridiano calori conſulit inter illa orientis incendia, dignus, qui plures antè annos deceſſiſset, barbarus iuxtà, ac ferox Imperator. Cuius truculento ingenio, oris quoque delineamenta reſponderê. Quemadmodum in tabella videmus in vna ex aulis, celeberrimæ Bibliothecæ Ambroſianæ. Friderico ex mortalibus erepto, hac veluti carthagine ſublata, rediręq; ad ingenium Mediolanenſes, defunctique ingenti metu procaciter laſciuire. Prima cura, finitimos, qui dubijs temporibus Imperatoris partes ſecuti fuerant, plectere. Neque tam facilem exitum, multorum annorum odium habuiſſet, niſi

domi

domi turbulenta ingenia, magnæque turbæ excitatæ, aliò mortalium curas auertiſſent. Ciuilia illa certamina, luctuoſiſſimarum cladium materies nimio plus fœcunda, maiori cum immanitate erupere. Hinc nomina illa funeſta mortis, Gagliardorum, Credentiæ, ac cętera illa exulcerati animi portenta, quæ aliud nihil, niſi patriæ perniciem ad extremum peperere. factiones in vrbe inualeſcebant, quibus alimenta dominandi libido ſuggerebat, quarum diſcordiarum præmium patria aliquando foret. Iam tum fata Turrianis, qui profugis Inſubribus in valle ſaxina humaniter excipiendis, ſummis ſibi viam honoribus aperiebant, & Vicecomiti iam claro ſexcento nomine, Inſubriæ principatum portendebant. Enim vero, dum ille aut alter, ſuæ partis homines tuetur, paulatim inter æquales emineret, & viribus ſubindè auctis, Reſpublica Mediolanenſis fieret vnius priuati patrimonium. Intereà hoc Germani proceres Henricum Cæſarem dixere, quo fato conceſſo hoſteque Eccleſiæ iudicato, Octoni Pictauiæ Comiti, Henrico Saxone genito, Friderico Rogerio ob paternam maculam præterrito, orbis arbitrium committitur. Et magni in Germania ob hunc Principem motus extiterè. Suiſque ipſiſmet bellis implicita bellicoſiſsima natio, nequaquam foris, quod turbaret, quæſiuit. Plerique electorum Philippum Sueuiæ ducem, Henrici de mortui fratrem

 elegerant,

elegerant, ſed duo Adulfi Colonienſis, & Theodori Treuirenſis præſulum ſuffragia præualuiſſe, Othonique ſummam rerum contigiſſe, ægrè patiebantur. Sed Otho ingens de ſe iudicium armis eſt tuitus. literiſque omnis humanitatis plenis præmiſſis, quæ ſibi Mediolanenſes conciliarent, Anno circiter milleſimo ducenteſimo decimo, effuſa ad habendos honores vniuerſa ciuitate, tercentiſque in puellari ætatè, candida veſte obuijs ad portam vrbis, in Baſilica Ambroſiana, rem ſacram Vberto Pirouano Archiepiſcopo faciente, corona ferrea coronatur. Verùm ſummà fortunà imperium adeptum, nimia imperandi auiditate amittit. Minimè prædeceſſorum cladibus edoctus, in Eccleſiæ violandæ ſcopulos impactus, miſerabile fecit naufragium. Summo Pontifice infenſo, imperium ei horrendo carmine abrogatur. Hoſtis Eccleſiæ iudicatus. Auguſtalia ornamenta Friderico Rogerio deferuntur. nec diù magnæ ignominiæ ſuperuixit, Eccleſiaſticæ immunitatis ſeruandæ lugubre æque atque inſigne monimentum. Haſque viciſſitudines dominātes patiuntur, qui ſuo faſtigio haud cōtenti, peſſimis artibus imperium amplificare, Eccleſiæ fines attrectando ſtudent. Quaſi hoc vnum, niſi Eccleſiam inuertat, maneat adhuc humanam auiditatem. Sed dum occidens, Imperatores variat, ſub duobus Mediolani Prætoribus vtriſque placentinis *Gulielmo de Lando*, & *Iacobo Malcorigia*, leges,

leges, quas dicunt Municipales, & populi ſtatuta, meliorem in formam; vnumque volumen, facilitatis maioris gratia, ſapientiſſimorum virorum labore rediguntur. Lætam ciuitatem cum mira quadam concordia, Ticinenſibus fœdere tandem iunctis, tum diuiniſſimi Dominici aduentus lætiorem fecit. Hic fuit magnus ille vir rara ſapientia, ac ſanctitate præditus, ab Hiſpanijs oriundus, familiæ illuſtriſſimæ fundator, ac Princeps, quæ voluentibus ſeculis, ingentium animarum, Summorum Pontificum, Cardinalium, Epiſcoporum, ſeueriſſimorum hæreſis vindicum ſeminarium diceretur. Auguſtę, ſed anguſtæ illis temporibus, concedentibus Canonicis in Laurentianas ædes, Euſtorgianæ ędes, ſanctiſſimo viro, & eius diſciplinæ aſſeclis attributæ, Archiepiſcopo annuente. Sed quæ pietate virùm, liberalitate ciuium, Patrum inoffenſa vita ſtimulante, in eam magnificentiam creſcerent, qualem in præſentia videmus. Et ampliſſimis fundis deinceps Dominicana familia ditata. Ducenti quinquaginta amplius huius Ordinis cœnobitæ aluntur. Cæterum æquè antiquiſſimus, ac ſanctiſſimus cœtus, rara felicitate, primam adhuc innocentiam retinet. Quam ſanctitatem demiratus Ludouicus Maria Sfortia Inſubriæ princeps, non ſufficientibus Euſtorgianis Ædibus ingenti virorum numero, qui ſeculi fallentis inſidias deuitantes Dominico nomina dabant, Gratianum cœnobium,

publicè concremati. Et Petrus Dominicanæ familiæ primus Pontificius quæſitor in vltionem, ab hæreticis fœdè in itinere Comi interemptus. primus ſuæ gentis martyr in Cœlum exceſſit. Hoc anno perpetui imbres menſe Octobris. Flumina irarum plena auitum alueum dedignata, vbique cum maximo mortalium, & animantium terrore ſuperfudere. Paduſq; in primis nullis coercitus ripis latè deſſæuit. Sub idem tempus nouum cum Henrico Romanorum Rege Friderici ſecundi Imperatoris filio fœdus ictum. Stipendium inter cæteras conditiones cum Ænobarbo pactum impoſterum maiores noſtri abnuerè. Illaque fermè omnes Italiæ populos cura ſolicitos habebat, quo pacto continua quiete frueremur. Sua Germania Imperatorem contentum eſſe debere, ac proindè communibus viribus, ac conſilijs inhiantem Italiæ arcendum eſſe. Et habuiſſet optatum exitum tanta concordia benè cœpta res, niſi portentum illius ſeculi, crudeliſſimus Actiolinus Patauij tyrannus cupido Principi oſtendiſſet, nihil eſſe Occidentis Imperium, niſi ei florentiſſimam orbis partem Italiam adiunxiſſet. Pronis auribus auditum. Italica expeditio decreta. Manauitque è veſtigio fama diriſſimum bellum imminere. Metumque ob tantos motus, conceptum, prodigia etiam auxerè. Hyems portentoſa niue incanuit, arboreſque planè omnes ab frigoris violentia inaruerè. Gallinæ fermè

omnes,

omnes, nulla animis occurrente cauſa cladis periere. Et tellus multiplici motu concuſſa, immanes hiatus varijs in locis aperuit. Sed bella Friderici ſecundi Imperatoris in Italia, ingenteſque cum Summo Pontifice per quindecim amplius annos exercitas ſimultates, quia parum, & ad inſtitutum noſtrum ſpectant, & ab alijs Scriptoribus relata, præterire me facilè permittet Lector. Cæſæ vt aliquid etiam ceù prætereuntes delibemus, ab Imperatore noſtræ legiones, ipſe Prætor Teupolus, natalibus clariſſimus, Venetiarum Ducis filius ſæuitiæ bellicę factus documentum. Captus ab hoſtibus diù ludibrio habitus, poſtremò in carcere fortiſſimus Imperator indigna nece necatus. Cæterùm res portenti ſimiles vidit illa ætas, Summum Pontificem Innocentium, Sutij obſesum, germanica fraude penè interceptum, niſi inuictam Genuenſes, ab tanto periculo eximendo terrarum Principe, operam præſtitiſſent. Et ipſe Imperator Fridericus, diris omnibus deuotus, mortalibus ęquè ac immortalibus inuiſus, in loco florentini, quem illi fatalem iam anteà ſyderum cognitores prædixerant, cum bona ſpe ſalutis æternę, quis crederet deceſſit. Ex cuius ſupremo mandato, cuncta loca Eccleſiæ reſtituta, quæ anteà per ſummam iniuriam ademerat. Poſtremò grande auri pondus, ad grauiſſima damna illata redimenda fideliter ab heredibus perſolutum rara morientium

felicitate,

Digitized by Google

felicitate; Principis manibus egregiè, hi magis, quam ipſę regiæ exequiæ parentarunt. Friderico mortuo Summum Pontificem ex Gallijs in Italiam reuenientem, vrbs Mediolanum quanta maxima potuit pompa, excepit. Ædes Ambroſianæ inclyti Sacerdotis fuere per ea tempora diuerſorium. Fuit Innocentius, ſapientia, integritate, ac fortitudine animi in aduerſis memorandus, omnibuſq; pene virtutibus cultus, quibus ſecula, viri illuſtres nobilitant. Quod planè miraculo habebatur, idem diſertiſſimus, ac ſapientiſſimus Pontifex; eumque haud rarò Mediolanenſes in ſuggeſtu concionantem audiuerè. Quam raram laudem Pontificum, Gregorijs, & Ambroſijs defunctis, magna, ac planè humano maior Federici Cardinalis Borromęi noſtra ætate facundia vulgarem fecit. Quin & funera priuatorum mitiſſimus Innocentius ſpectauit. Interim in ſummis viris ludente rerum humanarum arbitra fortuna, duo Cæſares veneno petuntur, planè vt hanc viam lethi expeditiſſimam fatorum Principum miſerata natura videatur inueniſſe. Diù deindè ſine iuſto Cæſare fuimus, diſſidentibus inter ſe Germanis Principibus electoribus. Alphonſo Hiſpaniarum Rege, & Ricardo Angli Regis fratre mutuis bellis, & cladibus ob orbis principatum ſe conficientibus. Iam Annus milleſimus ducenteſimus quinquageſimus ſeptimus ſubibat, cum diſcordiæ & ipſe domi ſubi-

uerè nequaquam inuenturæ modum, vbi cum valida, & inſatiabili plebe agendum eſt. Et hoc delinimentum vilia, & obſcura capita, ab feſſa tot curis nobilitate habuerê, vt ipſa promiſcuè ad honores patrios, & magiſtratus eueheretur. Sed cœlum rei indignitatem haud obſcurè viſum eſt auerſari. Atrox peſtilentia coorta, per ignota maximè capita peruagata. Secuta deindè peſtilentiam fames, quod reliquum penè erat vulgi extinctum, prorſus vt multiplici peſte immiſſa, ignobili, ac ſuperbo pondere vrbem exonerare Numina viderentur. Sequitur hinc annus inſignis, cum primo Martini Turriani priuati hominis in Inſubria principatu, tum Actilioni immaniſſimi nece optatiſſima. Non aliam beluam, hircanis tigribus ſimiliorem effuderê alia ſecula, quæ in chariſſimos quoſque, à quibus vel ipſa rationis expertia abſtinent, nullo diſcrimine ſęuiret. Hęc dum Inſubriam petit, exhauſto Patauio lociſque finitimis cum magnis copijs, à Martino Turriano noſtri exercitus ductore funditur, viuaque in manus hoſtium venit, & intra paucos dies, ſceleratam animam in carcere effundit. Atqui ne diriſſimi monſtri reliquiæ, quæ orbem inficiebant ſupereſſent, non multo poſt Albericus demortui frater, in S. Zenonis arce obſeſſus, ad deditionem compellitur. Ipſe deindè cum vxore, ſex filijs virilis ſexus, duabus fœminis, tam ferax aliquando impium genus, vltrà

ſolitum

ſolitum laſciuientibus flammis longè pulcherrimo rogo concrematur. Turrianus ab hac tanta victoria in patriam veniens, principatum in vrbe ſuæ genti conſtituit. Degeneres magni viri ſecuti ſurculi, qui patriam nobilitatem imprimis miſerandum in modum vexauerè. Plerꝗque patritiæ domus tarquinia arte ſub principibus Turrianis funeſtæ, nulloque genere contumeliæ prætermiſsæ. Quin vt hoc atrox facinus ex innumeris eligamus, ad cuius horribilitatem Neroniana vileſcet immanitas, multos illuſtres viros, & fœminas Pagnanini Turriani manibus in Sacra Diui Dyoniſij æde iugulatas barbarica feritate ſacrificatas incorrupta teſtantur monimenta. Sed latebat in Decij pago tenui fortuna ſi opes ſpectes, planè regia ſi virtutis incrementa ex familia nobiliſſima Vicecomitum, cui OTHO nomen, quem Numina ad Inſubriæ bonum, Turrianꝗque tyrannidis potentiam euellendam dediſſe merito dices. Hic enim erit inuiſi dominatus depulſor, Illuſtriſſimæ Vicecomitum familiæ coryphæus, qui duodecim eius ſanguinis Principes huic imperio dabit. Et infula, & armis, virtute infracta, procaciſſimæ fortunæ ſæuitiam ſæpè ſuperans, errabunda, & profuga nobilitate ſubnixus, multum terris iactatus & alto, haud quieſcet, donec in Inſubria gentem diram Turrianam debellauerit. Manentq; adhuc pluribus locis, ſed maximè in arce Angle-

riana finitæ potentiæ à magno Archiepiſcopo glorioſa veſtigia. Ita maxima felicitate cœpta dominatio optimis artibus ſubindè alita, glorioſiſſimam ſenectam pollicebatur. habent enim Imperia ſuas ætates. Ab immanitate maliſque alijs artibus, ac pręcipuè illo S V M M O I V R E abuti, in medio virium robore, Othonis gladio obtruncata. in regnatrice domo Turriana penitus interrijt dominatio.

Digitized by Google

HORATII LANDI

SENATVS MEDIOLANENSIS.

LIBER TERTIVS.

INTEREA Otho diuinarum, & humanarum rerum in Patria Princeps, diu cum finitimis luctatus, vt ſunt magnæ fortunæ initia, octuagenario maior, ingenti gloria plenus fato concedens, Matthæo nepoti tanto patruo digno per manus imperium tradidit. Situs eſt in ſacra maiori æde, Eulogium ſepulcrale, viri cum maximi ingenium, tum fortunam indicat.

Inclytus ille pater patriæ, lux gloria patrum,
Fulgor Iuſtitiæ, fidei baſis, arca Sophiæ,
Largitor veniæ, portus pietatis egenis.
Intrepidus paſtor, quem moles nulla laborum
Ardua deuicit, populo latura quietem.
Ille prius Princeps, & Præſul amabilis; in quem
Altus virtutum ſplendor conuenerat omnis.
Quo Mediolanum radiabat lampade tanta:

Totaq;

Totaq; fulgebat regio: nunc pallet adempto.
Clara Vicecomitum proles, venerabilis Otho,
Oh dolor oh vulnus, cinis eſt hoc marmore factus.
Christe pater vitæ requieſcat ſpiritus in te.
Annis vndenis ter ſenis, terque diebus,
Præfuit Eccleſiæ paſtor bone Ambroſianæ
Mille ducenteno quinto nouieſq; deceno.
Quarto hic Auguſti his liquit gaudia Mundi.

Cæterum Vicecomitum varij caſus, virtutes & vitia, queis non alij dominantes fœcundiores extiterè, eloquentiſſimi Iouij penicillo iam diù picta cernuntur. Et ex ipſis nonnulli optimi Principes, pars etiam tiberianam calliditatem æmulati, non nemo calligulanam ignauiam, vt ferè ipſa rerum natura varietatem amat. Vltimus regnatricis domus Philippus Maria Princeps, cuius virtutum ſplendorem non aliud, quam ipſa inconſtantia denigrauit. Cum iſto Vicecomitum gloria effertur, anno ſeptuageſimoprimo ſupra centeſimum, quàm inchoauerat, & ad Franciſcum Sfortiam eius generum ob altam indolem animi aſcitum, res inſubricas, pertęſa viperam fortuna, ſuo more ludibunda deducit. Iam vero Philippo defuncto, iuſtiſque ducali pompa, quæ regiam harum tempeſtatum ſupergreditur, perſolutis, nobilitas, & plebes, publicam in aulam conuenerê, vt quid ex Inſubria eſſet, maturè, & prudenter deliberarent. Neque

cunctatum,

cunctatum, quin ea omnium eſſet ſententia, libertatem, ad Venetæ Reipublicæ exemplar efflagitantium. Solutus enim vnius Principis metu, meliorem fortunam ſibi quiſque pollicebatur. In ipſa Iouis arce ſolo æquanda, ne quid æquato iuri obſtaret, poſuere prima rudimenta ciues libertatis. Tum in ſuffragia itum, viros nouem centum, ac fermè omnes nobiles dixerê, qui Inſubriam per illud interregnum regerent. Atque hunc in modum rebus compoſitis, naſcentem libertatem, *Georgio Lampugnano*, *Antonio Triultio*, *Theodoro Boſsio*, *Innocentio Cotta*, *Hyeronimo Morono* magni nominis per illa tempora ciuibus eam inuictè propugnantibus, miris lætitiæ ſignis ciuitas vniuerſa excepere. Arſerê vt moris eſt, plurimi feſtiui ignes, multique puellaris ætatis veſtimentis albis de publico donati. Viri deindè ex præcipua nobilitate, quos inter *Hyeronimus Moronus* celeberrimus Iuris peritus, cui etiam libertatis annulum tradiderant, ad finitimos, & ad reges miſsi, qui ſocietatem, & amicitiam de more poſtularent. Verùm hoc regimen, duos annos tantum, cum dimidio tenuit. Quo tamen interuallo inuicti maiores noſtri nobiliſſimis victorijs, virtutis Inſubricæ decus latè diſſeminarunt. Lotaringiæ Dux cum multa cæde repulſus, qui hoc imperium gloriabundus acceptum cum infeſto exercitu ex Alpibus deſcenderat. Venetoſque ipſos grauiſſimos & potentiſſimos hoſtes qui

ſtes, qui laudis Pompeiæ, Cremonæ, & aliarum vrbium à nobis defectionem ſolicitauerant, magnis cladibus atritos ad pacem petendam coegere, nec abnuebat Reſpublica Mediolanenſis niſi Sfortia noſtrarum copiarum ductor obſtitiſſet. Hic per ancipites varioſque caſus vt fermè quique excellentes viri iactantur, dum noſtris ſtipendijs ab finitimorum auiditate imperium tuetur, diù cum fortuna ac plebe furente luctatus, militaris gloriæ facilè Princeps illius ſeculi, qui ex humili fortuna emerſerat, Numinis tandem hominumque conſenſu Inſubriæ Princeps ſalutatur. Verùm ſine cruore Sfortiana magnitudo haud poterat ſtabiliri. Illuſtres dedere ſua capita viri. *Theodorus, & Jacobinus Boſsij, Ambroſius Cribellus, Joannes, & Franciſcus Caymi, Marcus Stampa, Job Orombellus, Flauius à Caſtro Nouato.* Hi, cum Sfortiæ fauere, cui infenſiſſima plebes erat, literæ interceptæ indicaſſent, à ſordidiſſima plebe capitalis ſententiæ damnantur. Et in ducali platea, quam Arenghi appellabant, nobiliſſimis viris capita præciduntur. Arona Vitallianum Borromæum, clariſſimum, & honeſtiſſimum equitem eſt tutatus; ne ipſe quoque ſuo ſanguine poſteritati teſtaretur, quam paruum nobilitas, vbi fureret auida cædis plebes, in auito ſplendore præſidij haberet; Eo in loco moratus donec atrociſſima tempeſtas exſæuiret. Intereà Franciſco Sfortiæ diuturnis laboribus, & animi magni-

tudine

tudine ſæuientis fortunæ vim frangenti, Ticini futuræ dominationis aurora illuxit. Primi Ticinenſes legitimum dominum venerati, ſe ſuaque Sfortiæ per legatos permiſerê. Papienſis rei lętitiam, ingentis ad prouinciam totam obtinendam momenti, arx illius vrbis Bolognini Attendoli brachianarum partium fidei concredita Sfortiæ minuebat. Sed Agnetis Mainæ precibus, Blancæ Vicecomitis, hæc nupſerat Sfortię matris, Sfortianę felicitati pręfectus dedita arce ſubſcripſit. Pactus quod Attendoli cognomento abdicato, ipſe, & poſteri ducali domui infererentur, Sanctique Angeli arcem in agro Laudenſi beneficiario iure obtinerent. Hoc initium magnitudinis Illuſtriſsimæ gentis Bolognine, quam magni deindè viri ſubindè omne per æuum auxerê. Cæterùm nihil æquè victoriarum curſum morabatur, quā ipſa auita Veneti, inſubrici dominatus cupido. Diù pro ducis gloria equidem ſtetere Venetæ legiones. Sed ſtimulantibus oratoribus, ac præcipuè ijs qui Mediolani agebant, ſubibat animum illa recordatio, egregiè tantæ Reipublicæ fore conſultum, ſi quæ ex exiguis lacunis fortè fortuna emerſerat, paulatim Adriatici Maris domina facta, clariſſimis vrbibus in continenti potita, Mediolano quoque imperaret. fortunam tam turbulentis temporibus, videri iam offerre, quod erat diù in votis Vicecomitum domo extincta, præ vario affectu diductis Inſubrum ani-

mis. Ita dum alij de imperio diſceptarent, familiari rerum humanarũ luſu, ipſi ciuilium diſcordiarũ fructibus, ampliſſima dominatione legitimo domino preterrito gauderẽt. Nec mora adeò obcæcat animos imperandi libido, iuſſere legiones Veneti, quę Sfortiam comitabantur, & vnà ſimul Mediolanum obſidebant, in ſuum imperium difficillimis temporibus deſtituentes Sfortiam, reuenire. Singulari ſic dixeris Numinis induſtria, ad Franciſci gloriam illuſtrandam, vt ipſe ſolus, ſuo milite tantum ſubnixus, æquè de finitimorum auiditate, ac de Inſubrica pertinacia triumpharet. Triumphum fames expreſſit. multi in vrbe exanimati. Errantesq; per nemora, & ſquallidos agros ferarum modo, quiſquilliarum plebis greges, qui ab alimentis, militaribus legibus arcebantur, herbas, innoxia quęq; comedentes, miſerrimè vbique deperire. Et iam procerum mortalitatem procax fames tentabat. nonnullorum funere nobilitata clades. Itaque tot malis victi Anno milleſimo tandem quadringenteſimo quadrageſimo nono victori Principi portas Mediolanenſes aperuerẽ. Prima Sfortiæ cura, exacto fidelitatis iuramento, poſtquam epulis vrbis optimates excepiſſet, ingentemq; vim frumentariam, ad recreandam plebem, longo ieiunio luridam ac deformem diſtribuiſſet, Iouis arcem demolitam in Imperij pignus rurſus excitare. Et ipſa cum enormi auri impenſa, longè nobilior, & auguſtior ſurrexit.

Tanto

Tanto vrbis vniuerſæ ſtudio, quò nouo Principi gratificaretur, vt deplorata in perpetuum libertate, nequicquam admonente Georgio Platto Iuris Conſulto luculenta oratione, minimè vereretur arcem veriùs dices, ſupremum Inſubricæ fortitudinis excidium, ac propè ſepulcrum, omnium Italiæ munitiſſimam ædificare. Videbaturque tanta erat omnium ordinum lætitia ſub hoc Principe aureum illud ſeculum poeticis decorum fabulis rediјſſe. Sed quò læta triſtibus miſcerentur, ingenti peſtilentia, coorta ex barbaris, qui Romam anni ſecularis gratia proficiſcebantur, laboratum. Multa vis mortalium promiſcuè abſumpta. Verùm tenuis, ac fugiens imago cladis, quā ſeptē antè annos dū hęc moliremur, Numina dederunt, vt incolumes in patria videremus. Peſtilentiæ ſquallorem deterſit ſplendidiſſima Ianuenſium legatio. Quatuor & viginti Oratores ex præcipua nobilitate, cum ducentis amplius Ciuibus eiuſdem vrbis, Reipublicę vexillum, claues, annulum Sfortię detulerè. orantes vt Rempublicam, natos coniuges, penates, ſub illius auſpicijs, quemadmodum cæteræ ſtipendiariæ vrbes quieſcere dignaretur. Ergo dominatione latè firmata cunctiſque qui Philippo parebant, ad obſequium redactis, iunctoque cum Venetis fœdere, viriſq; inſignibus rebus ciuilibus componendis, ac iuri dicundo adhibitis, nil aliud feliciſſimo duci deerat quam viuere. Et tanti Principis vitam

ſupplicationibus ad patria templa indictis Numini commendauerant. Sed ciuium vota cęleſtes intercepere. Repentino fato ereptum, etiam cum barbaris, & hoſtibus, mitiſſimum ducem, ac fortiſſimum Imperatorem luximus. Biduo in Ducali ſacello ad lacrymas ſeruatus, perpetuas vigilias Blanca coniuge, ante cariſſimos cineres agente. Secundum hæc regia planè pompa effertur. Commouitq; rurſus vrbem triſte feretrum, neſcires an vberiores lacrymæ in ortu, quam in occaſu dominantis ab ciuium oculis manauerint. Et ipſum cœlum lurido comete, qui in multos dies effulſit, ſupremis appropinquare maximum Principem oſtenderat. Paterno imperio tantis laboribus parto ſuccedit Galeazius Sfortia, florentiſſimæ iuuentæ Princeps in multos duraturus annos, ſi coniuratorum manus effugiſſet. In ſacra Diui Stephani æde, ea die quæ tanto Martyri feſtiuitati illuxit, ab coniuratis trucidatur. Et cœlum viſum eſt multis oſtentis planè immaturi fati Galeazij miſereri, ſed hæc ab euentibus vt aſſolent, cecinere vates, quibus niſi ſuperſtitionis amans haud credas. Idem eſt pauperum ac regum mortalitatis vinculum eripitque eadem felicitate, cum fata vrgent, puluiſq; humanæ vitæ clepſidrę totus ceciderit pallida mortalium domina nobiles, & plebeios. Sed varia de principis immani ingenio, quæ viuentis metus comprimebat, vulgata minus acerbũ lethũ reddiderè. Effuſiſſimus

in libidinem

in libidinē tritus adoleſcentiæ, & maximè in aula ſcopulus. Multas illuſtres fœminas cum æterno familiarum dedecore corruperat. Etſi intra Principis amplexus furioſa & amens libido ſeſe continuiſſet, fortè aliquantum inuidiam minuiſſet. Quas ipſe compreſſerat, aulæ deindè fruendas dabat. Lampugnani ſoror, vnius ex coniuratis puella præſtanti forma diù in delitijs ab Galleazio habita, ab magna copia venerat in faſtidium, confeſtim aulicorum ludibrium. Tam inſignis iniuria maturauit Principi necem. Hæc turpiſſimi amoris, immanitatis exempla ſubdam. Clericus ſolitudinis immemor clericalis, in aſtris Principis annos numerauerat, eoſque breues adulationis neſcius Galleazio ominans, ne rei euentui ſupereſſet in carcere horribili letho infelix Aſtrologus, qui ſuam necem minimè præuiderat, fame necatur. Sed iuuentutis & ingenij vitia, virtutes planè regiæ æquabant. Non alia in toto orbe aula ſplendidior, quæ maximorum Regum luxum, liberalitatem, ac ſplendorem ſupergrediebatur. Et omnes fermè Europei principes, oratores apud Galeazium alebant. Demum tanta erat magnitudo ac felicitas, vt iam occaſus huius Inſubrici ſolis haud obſcurè poterat diuinari. Ipſique dum vaſtiſſimum imperium, quod maximam Italiæ partem complectebatur, numeroſamque virilem ſtirpem in longiſſimum æuum præbituram heroes animo agitaret, maior eſſe ſe
ipſo

ipſo ſibimet ipſi videbatur. Cæterum eodem tempore fluxam felicitatis humanæ fidem timens maximè verebatur ne citiùs, quam habitus corporis naturæque ordo poſtularet, heù quantum inuitus iuuenis Princeps & opulentiſſimus ſummæ potentiæ raperetur. Aduenerat fatalis eaque ineluctabilis dies, ſanguine Mediolanenſis principis purpurea euadenda. Non fatigari pignoribus ſuauiſſima ſuauia figere, extremùm amplecti natos, & coniugem ſolito frequentiùs fidiſſimos aulicos obſeruare. Ad Diui Stephani pergit, & coniuratorum gladijs ſuccumbit Galeazius infidæ felicitatis celebre apud poſteros monumentum. Funeſta Sfortiana domo, quæ tum maxima cura erat ne vna cum duce ipſa potentia tumularetur, virilis ſpiritus fœmina Bona, quamdiù amoris expers, defuncti coniux, donec puer maturus imperio per ætatem eſſet, literis ad omnes Italiæ Principes, quæ de nece, & nouo duce docerent compoſitis, ipſa in Iouis arce Inſubrici imperij dominationem capeſſit. Artes, & blandimenta ad demerendum vulgus, conciliandoſque popularium animos in initio principatus, nequaquam ab prudentiſſima fœmina, eximia fide & virtute Cico Simoneta primo ducali à ſecretis conſulente prætermiſsa. Annonæ imprimis habita cura. eaque viliſſima reddita. & vectigalia & tributa opportunè aliquantum imminuta. Sic ſenſim Comite Ioanne Borromæo Gibellinæ factionis in

vrbe

Digitized by Google

vrbe Principe, magna tum erat viri authoritas, Sfortianis rebus mirum in modum fauente in maieſtate tumultuantem prouinciam continuerè. Ita domi, Ducißę ſolertia diligentia, ac prouidentia quietæ res, ne foris turbarentur, miles delectus obſtitit. Veterum copiarum in ſupplementum nouæ ſcriptę, iuſtum ac formidabilem exercitum fecere. Satiſque in præſentia noui Principis pueri incolumitati conſultum videbatur. Sed ſine firmo conſilio, & feroces legiones infirmæ, & maximorum Imperiorum moles labaſcit. Mens, ratio prudentia, non fortuna imperia magna alunt. Vnicum quidem illius ſeculi lumen Cicus Simoneta erat, quem ad omnia cum ſummum, atq; excellens ingenium ornauerat, tum in trium fermè Ducũ aulis innutritus paulatim iam in eam magnitudinem creuerat, vt omnium arcanorum particeps imperij moderator, fortunarumque dator agnoſceretur. Et ipſe magnus Franciſcus Sfortia inter cætera præcepta, quæ ſubindè Galeazio peramanter dabat, vt ſummo ſemper apud ſe in honore Simonetam haberet ingens pondus ad quietè imperandum. Verùm magni viri, non vbique, & promiſcuè naſcuntur, nec ſemper genus humanum eiuſmodi virùm fœcunditate dignum eſt. Cum ætate, cuius iactura idcircò, quia humanæ debetur conditioni, moderatè & pacatè ferenda eſt, ad ſuſtentandam patriam validiſsimum Simonetæ ſubſidium deſinebat.

Vitaque

Digitized by Google

Vitaque iam acta viri ex proximo communem illum portum, ad quem boni & mali iuxta, diuerſis tamen vijs appellunt, indicabat. Inſubriæque illius tempeſtatis fortuna ſingulari hoc fato erat, vt excedente ex humanis vnico Simoneta planè ad interritũ ruitura cuncta viderentur. Ipſe acerrimo iudicio vir, in ſummiſq; Reipublicæ negotijs tot per annos verſatus, fœdiſſimas tempeſtates quę poſt ſua fata manebant, haud rarò regnanti Bonæ præſagiebat. Dux puer, patrui adulti, nepotis fortunæ inuidentes, tutrix vno verbo fœmina, drammatis perſonæ in hac Inſubrica ſcena de imperio dimicaturę, haud obſcurè videbantur. Nec non finitimi & ipſi momenta omnia obſeruantes, cum hunc tum illum opportunè extimulaturi, ſi fortè mutuis cladibus inter ſe confectis, imperium Mediolanenſe ad illorum manus tandem aliquando perueniret. Æternum ergo & impermutabile dominanti puero ſubſidium excogitandum erat, in quod non ætas, non ambitio, non auiditas, non fraus, non inuidia deſſæuiret. Nec ſanè alijs artibus olim rem Romanam creuiſse in tantam magnitudinem, vt ipsà laboraret; hocque maximè præſidio ab paſtoritia ſobole, quis crederet, ab Occidente in Orientem longa felicitate regnatum. Conſilio videlicet, & armis. Opulentia, fortitudine, vbertate agrorum, fluminum iucunditate, mortalium copia, militari ſcientia penè ad miraculum
Inſubriam

Inſubriam florere; Conſilij tantum egentem prouinciam eſſe. Grauiſſimorum hominum cõſeſsum inſtituendum, qui domi regnantibus perpetuò aſſiderent, reique Inſubricæ inter humanas procellas nauigium, ceù rectores à puppi moderarentur. Ergo Anno ab vrbe noſtra condita ſeptuageſimo ſupra geminum milleſimum, ab humani generis reparatione Anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, pro Principe Io: Galleazio puero Bona tutrice gubernante, geminus MEDIOLANI SENATVS conſtituitur. diceres tot tamq; varijs caſibus, per tot ſecula prouinciam iactatam, quaſi in Sforriana domo quieturam eſſe ominarentur de Senatu aliquando Inſubres cogitaſſe. Nec alia ordinis ampliſſimi memoria antiquior in annalibus patrijs reperitur. Vnus in Iouis arce, qui coram ipſo Principe cum res bellicas procuraret, tum illa imperij arcana cuſtodiret, queis deſtituta ſenſim deficere imperia, ac ſi veſtalis ignis foret, politica ingenia facilè regnantibus ſuaſerê. Huic conſeſſui planè Principes viri adhibiti *Triſtan⁹ Sfortia, Petr⁹ Franciſcus Vicecomes* ducales affines, *Ioannes Pallauicinus, Pallauicinus de Pallauicinis*, quibus quinque Rectores adoleſcentiæ Principis additi. Iacobus Triuultius Branda Caſtillioneus Epiſcopus Comenſis Petrus Landrianus, Orphæus Aricanus, Rubertus Sanſeuerinus. Sed hos veriùs conſiliarios, quam Patres conſcriptos meritò appellares. Quì

enim Senatus ille exiſtimandus, qui ea, quæ ſunt æquitatis minimè cognoſcat, cui iuſtus Princeps deſit, qui ſit vno verbo acephalos? Æuumque ipſum ambitionis, & adulationis neſcium, Senatus nomine paulatim antiquato, conſilium arcanum hunc conſeſſum deindè appellauit. Crediderim ergo ſiue ſcribentium licentia, ſiue etiam re vera, ſanctiores quoſdam conſeſſus Senatus nomine fuiſſe promiſcuè appellatos, ad conciliandas ſcilicet gentes, cum id nomen maximè venerabile ſit. Diſertè hoc indicat lapis ſepulcralis iam præ vetuſtate fugiens, in Sancti Franciſci Mediolani phano Gambarellæ Placentini primi quondam Ducalis à ſecretis.

Inſignem Patria virum, rectiq; tenacem
Hoc . . . . marmore condit humus.
Gambarella domus genuitq; Placentia, carum
Inſubriæ ducibus quem doluere mori.
Iuſtitiæ ſancti dicentis iura Senatus
Primus ab archanis candidus aſtra colit.
Obijt die penult. Ian. 1441.

Ex quo Principis conſilium fuiſſe conſtat aliquando Senatus nomine appellatum. Sed cum nullum diſcrimen ſit in legitimo Senatu inter viros à ſecretis, omnium enim eſt ęquatus honos, nec primi, vel ſecundi appellatione diſtinguuntur, dubitari

bitari minimè poteſt, quin antè illam tempeſtatem, iuſtus nullus fuerit in Inſubria Senatus. Cæterum eorum, quæ ad ius, & æquitatem ſpectant, quibus in officio genus humanum continetur, ad alterum Senatum, integra prouincia reiecta. Hoc eſt nobiliſſimi, & grauiſſimi Senatus Inſubrici legitimum exemplar, quem ſummi & infimi iuxta perhorreſcunt necis, & vitæ mortalium arbitrũ. Ex ducali Palatio vt modo factitatur, iura gentibus dabat. Satiſque conſtat viros ad ſupremum in patria delibandum honorem delectos tunc fuiſse primæ notæ nobilitatis, ac rerum Ciuilium ſcientiæ. Verùm eorum cognomenta, & numerum cum ingenti iactura illuſtrium familiarum decoris illarum tempeſtatum Scriptores neglexerê. Sed Præſides Senatus primi, Principes viri. Sfortia, & Ludouicus qui deindè imperitauit, ab exilio in patriam reuenientes, æquato iure in diuturni deſiderij patriæ delinimentum Principes Senatus declarantur. Hiſque prudenter actis, ac maturè prouiſis, vix deceſſiſse Galleazium ſentiebamus. De parricidis ſupplicium ſumptum, frequenteſque aduenerè ex omnibus Italiæ regulis nouo Principi Oratores gratulatum. Ipſique Ligures de quorum fide addubitabatur, nequaquam maieſtatem abiecerê. Sed nihil magis dominãtes inuiſos reddit, quam nimia illa priuati potentia, quæ tantis interuallis ſuos æquales antecellit. Subditorum, & Principum non

eadem eſt fortuna, & ingenium, nec omnes ſummo imperio digni. libido quidem illa dominandi, ceú procelloſum mare immoderatè affectantes abſorbet; nec ita dolendum fatum, niſi publicum haud raró inſignibus afficeret calamitatibus. Inſubriæ Principes, dum ad ſupremum Reipublicæ regimen Simonetam admouerè, licet ad vaſtos digerendos honores, haud impares eſſent eximiæ viri virtutes, exequias tamen illi, & vnà ſimul dominationi luctuoſas adornarunt. Sed ſibi minimè deerat ſapientiſſimus à ſecretis, qui haud obſcurè fœdam imminentem tempeſtatem præſagiebat. Et licet rectè factorum conſcientia ſe mirabiliter ſuſtentaret, potentium inimicorum tamen iram metuebat. Et eos, animi ægritudinem diſſimulans, quantum aulicè poterat venerabatur. reſque ſuas ita diſpoſuerat, vt ad omnes hoſtium motus, quantum humana poſſet prouidentia, momento temporis occurreret. Sed improba febris illudebat inuentis. Sfortia, & Ludouicus, qui olim in Galleazij fratris necem conſpirauerant, in illos leniter pro crimine fuerat conſultum, tantùm vt in Gallias exulatum irent iuſsi. Cæterùm vulgata ducis nece, magnis itineribus redierant, Senatuſque principes vt diximus declarati. Prima cura Simonetæ cum opes, tum potentiam frangere. Præclarèque accidebat ſi ad ſuo robori ordinem amplisſimum dandum, cuius authoritatem effusè nimis à ſecretis carpebat, ea ſtu-

dia valuiſſent. Et hoc etiam mira dexteritate agendum erat, famæque, quæ nihil reticet conſulendum, ne virum ex altiſſimo dignitatis gradu, de Sfortiana domo, totaque Prouincia optimè meritum ob priuatas ſimultates, alieniſſimo tempore deturbare viderentur. Fortè per eos dies tempeſtiuè, ſed non prudenter Donatum à Comite Simoneta, ſeditionis principem benè tortum Ticinum, in arcem captiuum miſerat. Quæ res adeò iam cõcitatos animos commouit, vt expeditis armis diuiſa ciuitas, tragica exempla eſſet editura; ni varij Oratores intercedentes grauiſſimas turbas è veſtigio compoſuiſſent. Summa erat vt redderetur Donatus: Ita factioſi hominis ſtudio, alta interdum quies magnarum vrbium perturbatur. Cæterum feroces illi motus, ingenteſque irarum fluctus poſuerè. Ciuitas breui pacata, pars ſeditioſorum ſibi ſuga conſuluere, pars etiam in vndis hauſti. Triſtanus inter cæteros Abduam nobilitauit. Sed Duciſſa, & Simoneta ſecum reputantes, quanto in diſcrimine res eſſent; ſi iuuenes Principes pueri ducis patrui in Vrbe verſarentur, numquam turbida ingenia in tàm numeroſa Ciuium ſegete, ad res nouandas defutura; tàm claris Ducibus ad manum, præbitura in dies regnantibus ingentium ſeditionum materiem, ad claræ vallis cœnobium, per merſi fratris leniendi deſiderij ſpeciem mittuntur. Ierê pleni irarum Principes, efferauitq;

plus

plus nimio affectos animos Senatus conſultum, quod ijſdem diebus fuit promulgatum, pertinere ad Reipublicæ incolumitatem eoſdem non vrbe modo, ſed etiam Inſubria tota excedere. Sfortiæ extorres patria, tam inſignem iniuriam vt ipſi rebantur, minimè ita facilè coquebant. Simonetæ imprimis irati, quo auctore, exilium ſibi fuiſſe indictum, potiſſimo perſuadebant. Cæterum ad res nouas moliendas, & cum iuſto exercitu violentum ad puniendum dolorem minimè priuatæ opes ſufficiebant. fortuna, quæ procax in humanis ludit, opportunè affuit, ſcilicet frater alter effecit, vt ipſa in expeditione ab vorticoſo amne hauriretur, & Ludouicus non ex longo interuallo rerum potiretur. Ferdinandus Rex Neapolitanus, (tam illuſtris viri Simonetæ occaſus iure merito poſtulat, vt totius rei ſeries paulò diffuſiùs explicetur) & nonnulli Italiæ Principes dedere ingentes copias, quibus patruus, nec noua in imperijs crudelitas, nepotem oppugnaret. Sed inauſpicatus exercitus funditur ab inuicta virtute Eſtenſium, ac Montisferrati ducibus noſtrarum copiarum Imperatoribus. Ludouicus, & Aſcanius patriȩ hoſtes iudicati. igne, & aqua interdicti. Et publicam lætitiam ab debellato hoſte ſeditio in caſtris orta minuebat, Principibus inter ſe de dignatione certantibus. Pauliſper ſedatis iris, maiori cum impetu ſe ſe effuſuris in caſtra ſuperuenit, magnis itineribus profectus

ctus

ctus Ioannes Aloyſius Boſſius Ducalis Senator,qui vt erat miræ facundiæ vir ex dignitate diſſidentes compoſuit, fœdumque oriens incendium extinxit. Intereà Sfortia Dux Barri in agro Genuenſi moritur, incertum an veneno, & Scarampus de Scarampis Senator hoc anno. vacuo Barri Ducatui ab Ferdinando Imperatore Ludouicus ſufficitur. Hic inuias antè vias aperiens, memorabili auſu, corrupto arcis præfecto Derthonam vrbem cœpit. Hæc victoria planè res Inſubricas inclinauit. Ioannes Galleazius, Bonæ matris, ac præcipuæ nobilitatis gibellinæ precibus, & Petri Puſterlæ, Antonij Marliani, ac Petri Landriani Senatorum, Ludouico ignouit. Omnibuſque lætitiæ ſignis in Iouis arcem acceptus ille Princeps, qui perenni dolori, perpetuis lacrymis, infelicem patriam mancipabit. Cæterùm mi Lector ignoſce ſolitudini Senatoriæ, quàm ingentes lacunas raræ eorum temporum literæ cauſantur. Sed immortale marmor in Gratiano Templo per idem tempus ex humanis exceſſiſse Ioannem Auguſtinum de Vicomercato Senatorem indicat.

Hic iacet M. D. Io: Auguſtinus de
Vicomercato I.V. Doctor, & miles,
ac Ducalis Conſiliarius, qui obijt
ſecunda Nouembris 1478.

Igitur

Igitur prima victima ab Ludouici aduentu, ſuper quam innumeri mortales exanimati cumularentur Cicus Simoneta fuit. In proprijs ſanguinis vnda merſo tanto rectore fluctuauit illico nauigium Inſubricum. Cuius viri lapis ſepulcralis, ſiti in immortalitatis templo te humaniſſimè parumper compellit Lector lege.

Heus Viator Siſte
Liceat in funere gloriari
Funus veritatem ſolum exprimit
Quam diù varia ratio humana preſſerat.
Audi.
CICVS SIMONETA Mediolanenſis patritius fui
Franciſci primi Sfortiæ cubiculi puer honorarius.
A ſecretis gliſcente ætate, conſiliarius
Subindè regnantium.
Primuſque ordinis ampliſſimi SENATVS
In hac prouincia inſtituendi ſuaſor.
Hoc frænum continendis in officio,
Primus in hoc cœlo mortalibus oſtendi.
Sed trium Principum Inſubriæ
Rectorem verius dices, quam Principem arcanorum.
Subditi fortunam ſupergreſſus imperaui.
Finitimi propterea amarunt, & oderunt.
Deterrimus quiſque inuidit.
Exteris carus, barbaræ quin etiam
Parce lapis eſt qui loquitur non erubeſcit,
Timuere

Timuere Gentes nomen meum
Sub BONA *fœmina deſij deſinentibus bonis artibus*
Quia & omne vel BONA *fœmina malum.*
Ticini in arce quà in Orientem ſpectat
Carnificis manu, vidit occaſum ſuum Inſubria
Heù rerum vices ſeptuageſimo maior non ſine
Ipſius fati rubore, quod vim iam iam cadenti
adhiberet,
Reliqui caput inuidorum, & nequam hominum
Votis:
Anno humanæ Salutis 1480. Inſubrici
Excidij.

Vates.

Hoc tantorum annorum præmium
Lubrica ſemper aula dedit.
Cæterum me Poſteritas venerata eſt.
Et conciues mei dirum altè ingemuerè
Fatum.
Ipſamet patria demum, quæ Cico moderante
Vel intima finitimorum arcana vidit.
Me occidente
Cæca dominantium libido, barbara præda euaſit.
Tu interim Lector.
Vſibus edocto ſi quidquam credis amico
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
Abi.

Magni viri ſoboles, in Comite Iacobo Simoneta & nimio ingenio, & rara integritate equite viget. Cuius illuſtriſsimæ domus opulentia, & nobilitas fermè per tria ſecula, & difficillimis temporibus, egregiè cuſtodita, & aucta, indicat minimè vulgares viros tam generoſum ſtipitem effudiſse. Per hæc tempora circiter Senatores duo inſignes ambo ſacra infula moriuntur. Iacobus Antonius della Turre, Epiſcopus Cremonenſis, & Branda Caſtillionæus Antiſtes Nouocomenſis. hic in Vrbe Roma apud Sixtum Quartum orator, iam iam Cardinalis deſignatus ingenti mœrore patriæ, & ſuorum diem obit. funerea pompa, qua Cardinalis eſt elatus. & in ſacra Sancti Petri æde eſt ſitus. Turrianus in Sacello Virginis Gratiarum Dominicanæ familiæ eleganti prout illa tempora ferre poterant marmoreo tumulo, ab dextera ingredienti conditur. Hocque Eulogium filius amantiſſimo Patri adhibuit.

Hoc monumentum Io: Franciſcus della Turre.

Comes Palatinus, ac Ducalis Quæſtor.
Reuerendiſs. in Chriſto Patri Iacobo Antonio
Della Turre Epiſcopo Cremonenſi, Ducali
Senatori Patri, & Benefactori ſuo optimo.
Anno Salutis 1483.

Et

Digitized by Google

Et eodem anno Ioannes Baptiſta Caſtillionæus miles, & Ducalis Senator decedit. Situs eſt in Ducali Eccleſia Scalenſi Mediolani. vti marmor indicat.

D. Io: Baptiſtæ Caſtilionæi ex primis caſtri conſiliarijs Placentiæ, ac Cremonæ, & vltra padum gubernatoris Lugani. Comiq; Capitanij. MCCCLXXXIII.

Sed Ludouicus fędum ingrati animi exemplum, omnes ſuos fautores, vrbe, exilio, & honoribus multauit, factionemque Gibellinam, quæ tum in vrbe validiſſima erat proſtrauit. Intereà Beatricem Eſtenſem Ferrariæ Ducis filiam ſibi deſpondet, & Eliſabetham, puellam regiam Neapolitani Regis filiam Io: Galleazio Principi Sponſam tradit. Verùm infauſtæ, & infelices nuptiæ, quarum conciliator ſcilicet fuerat Ludouicus: Ipſe iam rerum arbiter, mira prudentia, & dexteritate, ciuitates, quę defectionem ſpectabant, ipſumque Ligurem nutantem, ad priſtinum obſequium, ac reuerentiam deducere. Hiſque artibus effecerat, vt non aliud Numen in terris Inſubres, & exteri magis venerarentur. Suæ partis viros fermè cunctis arcibus præfecerat, auri, & redditAuum imperij dominus. ad illum tamquam ad legitimum Principem ſubditi cuncti aduolabant. Vnicam Eliſabetham ingentis ſpiritus fœminam vrebat nimia Ludouici poten-

tia. Itaque literas doloris plenas, & iræ, queis ſummam iniuriam expoſtularet concepit ad Patrem, ſe titulo tenus Mediolanenſis Ducis ſponſam eſſe. Extatque earum exemplar, in Principum literarum volumine, hoc nomine immortalitate dignarum, quia excidium pulcherrimæ orbis prouinciæ pepererê. Ludouicus enim iuſtam Neapolitani Regis iram veritus, per ſuum oratorem apud Galliarum Regem, Comitem Balbianum egerat, vt in Italiam traijceret, ad Neapolitanum regnum auitum eius domus recipiendum: ſe rem frumentariam, militem, arma, omnis generis commeatus abunde ſuppeditaturum. Sicq; infelix Maurus, ab dominandi libidine cæcus, vel mediocris prudentię expers, quò infeliciorem Italiam redderet, vt ipſe demum infeliciſſimus eſſet, Alpium tranſitum Gallo, quem iam multis, ac nobiliſſimis cladibus edoctus, dedicerat monſtrauit. Carolus Inſubriæ viribus adiutus, florentiſſimo exercitu, paucis diebus nedum euaginato gladio, Neapolitanum Regnum, citius mortalium omnium expectatione ſubegit. Et habuerêomen dominationis Inſubricæ in ipſo itinere Galli. Morientem inuiſit Carolus Ticini in arce valida alioqui iuuenta ſi fraus abfuiſſet; Galeazium Principem, acceptoq; immaturi lethi nuncio Placentiæ ſubſtitit, & exequias tanti Ducis humaniſſimè ſpectauit. Cæterùm quemadmodum veneno, vti conſtans fama fuit tantus Princeps deſierat, ità violen-

Violentam Gallis Italię,& Inſubrię dominationem, ac proindè minimè diuturnam liberè cecinere vates illarum tempeſtatum. Sed ſummam felicitatem numquam ſui ingenij neſcius Gallus, infandis, & atrocibus ſceleribus familiaribus genti corrupit. Ingenui de more,& ingenuæ violatæ: vſque ad ſacri gynecæi Virgines libido crudelis peruenit. Ipſe ſupra mortalem conditionem Rex elatus, cuncta humana credere infra ſuam magnitudinem iacere. Sed ſumentes arma è veſtigio Itali Principes, docuere,vel ſuperbiſſimum Regem nihil eſſe ſub cęlo conſtans,& æternum. Ex quo celeberrima illa ad Tarum flumen parta victoria, quidquid illam eleuent,magni nominis Scriptores. Rex cum paucis effugiens vix euaſit.ditiſſimis Regni ſpolijs,eadem celeritate, qua acquiſierat amiſſis. Florentiſſimus ille exercitus victor, miſerabilis humanæ inconſtantiæ ludus trucidatur. Dum ad Tarum Gallorum Regem Principes fęderati erudiunt. Mediolanum in omnis generis lætitiam effuſum. Venerant per eos dies Cæſarei oratores duo cum laureatis literis ad Ludouicum,quæ illum legitimum Inſubriæ dominum appellabant. Et grandi pecunia, vt eſt auarum germanum genus, fuiſſe ab Imperatore prætertitum Galleazij natum, libera eius ætatis ingenia, quæ ſemper omnes tempeſtates alunt, vulgauere. Et Tiberiana quidem caliditate per ſpeciem reſpuentis, imperij habenas Ludouicus oblatas Se-

natorum

natorum adulantium precibus acceperat. Super altiſſimum pegma in ſacræ maioris ædis magnæ Matri dicatæ limine; attalico periſtromate veſtitum, ab imperatorijs legatis, Ludouicus ducalibus inſignibus decoratur. Indè ad Baſilicæ Ambroſianæ, vniuerſa comitante ciuitate iuerê ſupplicatum. Sed nihil æquè inſignem illius diei lætitiam, ac triumphum reddidit, quam lumen breui *Senatus Mediolanenſis*, futurum Iuriſconſultus Iaſon Mainus, tum Ticini primarius iuris prudentiæ profeſſor celeberrimus, qui exquiſita facundia, quæ rara in illo ſeculo fuit, in tanto Inſubriæ plauſu nouam dignitatem Principi eſt gratulatus. Iaſon Mainus Mediolanenſis nobiliſſimo patre ortus, matrem obſcuri nominis habuit. Hic improbo labore, & inexplebili dicendi ardore, ingenij tarditatem vicit, magnique non modo eius ætatis, ſed ſeculorum omnium Iuriſconſulti gloriam eſt adeptus. Extat adhuc Ticini turris inuerſa, ſcientiæ, & magnę hebetudinis Iaſonis ſanè illuſtre monimentum. Solenniter, vti fit per iocum eius pater iurauerat, ſe turrim inuerſo capite ædificaturum, ſi ille natus proficeret in literis. Damnatuſque iuramenti, ſequuta ſumma Iaſonis ſapientia, monimentum erexit, incolis æquè & aduenis ſuſpiciendum. Hicq; ex Ticinenſi aula primus in Senatum lectus. Quem morem ſubindè ſecuti glorioſiſſimi Hiſpaniarũ Reges, maximè inclytos illius Academię profitentes

tentes, Senatores crearunt. Iam verò debellato ad Tarum flumen gallo, ingenti defuncta metu reſpirare Italia, Regnum Neapolitanum auitos ſuos dominos receperat, Summus & ipſe Pontifex in vrbem redierat, fœderati demum Principes, tantæ victoriæ bonis fruentes, inter ſe de grauiſſimo iugo, exempta Italia gratulari. Vnus Mediolani dominus in publica iucunditate mœrebat, & angebatur, quia Dux Aurelianenſis cum multis fortibus Gallis Nouariam adhuc obtinebat. Cæterùm breui voti compos factus Ludouicus, vrbem recepit, hoſtemque, quem poterat captiuum facere, moderationis gloriam quærens incolumem dimiſit. Sed exitu huius anni, & ſubſequentis initio aliquot Patres demortui ſunt. deflenda ſanè conditione Lector, vt quemadmodum eorum iacturam ex marmoribus, ita Magiſtratus ſummi initium ex annalibus haud eruere valeamus. Sed hos conſumit ætas, illa ætatem vincunt. Aloyſius Arcimboldus Senator, Ioannis Cardinalis filius. huius cineres in Ducali Gratiano Templo ſupremum Iudicij diem morantur, vt minimè mireris tot viros inſignes illo in Templo quieſcere. Per illa tempora enim ab Eccleſia maiori, Vrbe auguſtiùs phanum erat. Ioannes Angelus Epiſcopus Nouarienſis hoc ſepulcrale Eulogium patri contexuit.

Aloyſio

Aloyſio Arcimboldo Io: Cardinali Mediolanenſi
legitimè nato, Iuriſconſ. Equiti, & Senatori
Summi ingenij, & eloquentiæ, atq; animi viro
Io: Angelus Epiſcopus Nouarienſis
Bene mærenti Patri. P. 1496.

Mattheus & ipſe Boſſius, Arcimboldum ſequitur, primuſque ſuæ gentis, qui latum clauum familiæ nobiliſſimæ intulerit. In Sanctę Mariæ, quam vocant Incoronatæ Mediolani, Ducali æde quieſcit. Eulogium ſimplex, ſine fuco, gentis ingenio familiare.

Matthæo Boſſio I. C. &
Senatori, Polyſenaq; Boſſiæ coniugibus
Io: Antonius Boſſius. F. P.
Obijt M. nonis Septembris.
1497.

Antonius quoque Cribellus, miles, Senator, dux ingenti gloria deſijt. In ſacra Diui Franciſci æde ad familiæ ſplendorem, facundia illius æui non inconcinna hoc Eulogium legitur.

O curas hominum.
Euſebio Cribello Auo Equiti
Equitumq; Præfecto, qui leucum
Diu à Venetis mœnibus dirutis

Obſeſ-

Obſeſſum Philippo Duci
Mira ſeruauit conſtantia 1441.
Antonio Patri, qui poſt Equitum Arcis Cremonæ
Sauonæ, Comi, Placentiæ,
Tranſpadanæq; Prouinciæ
Præfecturas Senator fato
Conceſſit. natus Annos. LXVIII.
Io: Jacobus filius. Pientis &c.
Et ſi. A. S. V. P. 1497. *die* 9. *Nouembris.*

Sed iam occaſus imperij Sfortiani imminebat. Vetus,& inteſtinum malum, ſocij palium affectare, magnarum ſemper dominationum lues. Vaſtum Ludouici animum, ampliſſima Mediolanenſis ditio, quæ tam latè patebat, tot vrbium opulentia, & fama inclytarum imperio haud quaquam explebat. Piſarum dominatui ſtudebat, dabant animos grauiſſimæ,& pernicioſiſsimæ ſimultates, quæ cum Florentinis per ea tempora intercedebant. Æmulatio quædam imperij hos inter duos populos vigebat. Sed eodem auiditatis æſtu Veneti rapiebantur. Vtrique cuniculis rem agebant, vtrique Domini ab Piſannis facti, quia ipſi, ſe ſolis tantum bellum innutrire minimè valebant. Neuter tamen imperium acceperat. Neque ab animi moderatione id profectũ. Ludouicus huic nouę alendę dominationi Gallico bello implicitus haud ſufficiebat. Et Veneti rubore quodam tenebantur, ne apertè

Piſannarum rerum potirentur. Claues tamen argenteam vnam, auream alteram, iam imperium contrectantes, omnia ſecunda Piſannis pollicentes, clam Oratores Veneti accepere. Enim vero Ludouicus re cognita, difficillimè principum arcana latent, actum eſſe de Italiæ libertate ratus, ſi prudentiſſimus ille, ac verè Romanus Senatus, maioribus terrarum ſpatijs ſui imperij fines amplificaret, veluti magnum incendium continentia omnia rapturum, confeſtim per ſuum Oratorem, Cæſarem certiorem facit, Piſanam rem ad eius maieſtatem pertinere, properaret in Italiam deſcendere. Cæterum re infecta Maximilianus Tridentinas alpes ſuperauit, aliudque nihil Sfortia ex Cæſaris expeditione, quam infenſiſsimum Venetorum odium eſt conſecutus. Interim ipſe, tribus filijs ex concubina ortis amiſſis infeliciſſimi Principis materiem lugubri lemmati præparabat. Iam iam præcipitans Sfortiana domus, cuius occaſui prodigioſi ignes ſuper Iouis arcem per multas noctes Mediolani præluxere. Ipſa Beatrix Eſtenſis dilectiſſima coniux, mortuum infantem enixa infinito dolore viri expirauit. In ſacris ædibus Virginis Gratiarum ducalibus exequijs tumulata eſt, luxitque annum integrum maritus. nouoque genere mœroris ab incomparabili amore, Martis diem, quæ ſuprema fuerat Beatrici, indicto toti familiæ ieiunio religioſam fecit. quin imò totũ annũ Ludouicus nunquã accubuit

epulis,

epulis, ſed ſtans ſupra menſulam, quam quatuor pueri manibus ſuſtinebant, comedebat. Elata Duciſſa, maxima illa cura Ludouici animum verſabat, ſi qua ratione valeret Gallorum Regis iram lenire. Et certis quidem conditionibus nouum iam fœdus percutiebatur, niſi ſubita mors Carolum dum pilæ luderet, oppreſiſſet. Prætoriani milites, qui Principi de more excubabant, eum exanimatum ſentientes, ad Ducem Aurelianenſem Caroli Regis obitus, & noui principatus nuncium detulerê. Manauit fama per orbem, omneſque fermè Europæi Principes, nouo Regi gratulatum miſerè, ſua officia, & ea, quæ ſuggerere ſolet adulatio pollicentes. Veneti in Ludouicum præcipuum odium gerebant, Piſas viri illius opera, ex eorum manibus fugiſſe, licet dolorem diſſimularent, magnoperè dolebant. Itaq; infenſi ira feroci Gallo facilè perſuadent, vt Mediolanenſe Imperium, quod ei hereditario iure debebatur, ab iniuſto Domino extorqueret. Ioannes, & ipſe Iacobus Triuultius, ſingularis Sfortianæ domus hoſtis, cuius prudentiã, ac fortitudinem multis grauiſſimis bellis Francorũ Reges fuerant experti, vnà cum Scaramuccia Triuultio Senatore Ducali, nec ſine nota ad pulcherrimam hanc expeditionem cupidiſſimum gloriæ Regem inflammabat. Ipſe quin etiam Romanus Pontifex Alexander, quo omnes perſonas funeſtiſsimi drammatis recenſeam, montes aureos ab Gallo Rege ſibi promittens ſi

Sfortianam potentiam infractum iret, annuit Venetorum oratoribus, vt communi conſenſu, multiplici terrore Gallicæ legiones Mediolanenſem Ducatum aggrederentur. Nec mora ſuperabat Alpes exercitus. Cum in ſingula momenta Triuultij victorias nuncij afferrent, padumque ponte coniunctum hoſtes traiecisſe; Ludouicus cariſsimos natos amplexans defluentibus ex oculis lacrymarum riuis Maximilianum, & Sfortiam in Germaniam vnà cum Aſcanio purpurato fratre, mox ipſe ſecuturus præmittit. Sed Petrus Landrianus, & Ioannes Antonius Siccus, Senatores à quo celeberrimi Comites Vicomercati, haud occaſui patriæ morientes affuere. Vterquè in Gratiano Templo proprio in cinere dormit. Inſcriptio ſepulcralis de more indicat.

MCCCCXXXXXIII.
Petro Landriano
Ducali Senatori honoratiſsimo
atq; conſeruatori vna &
Jacobo vnigenito. Heliſabeth
de Gallarate. Vx. & Mr. ſibiq;

Patri Io: Antonio Sicco Equiti aurato.
Qui ſub Franciſco II. pro Rege Gallorum
Auxiliares copias contra Ducem Burgundiæ
duxit

Sub

Sub Galleaz armorum ductor Comes Vicomercati factus, cum legatus penes Reges Neapolitanos.
Comes Borella fieret.
Sub Ludouico Mediolani Duce Senator Placentiæ, Papiæ Gubernator.
Maximiliani, & Franciſci II. filiorum educator fuit.
ac matri Fiorbellinæ Cayma.
Antonius Maria Eques, & Comes vtſupra.
1498. P.

Intereà infeliciſſimus Princeps Ludouicus, quatuor patritios,ac fermè omnes rebus diuinis dicatos elegit,qui octonos alios dicerent, ab omnibus communibus votis rempublicam Mediolanenſem legitimo ſuo domino vacuam gubernandam. Hieronymus Landrianus humiliatorum Princeps, Antonius Triuultius Epiſcopus Comenſis,Ioannes Iacobus Caſtillionæus Archiepiſcopus Barri, & Franciſcus Bernardinus Vicecomes fuere. Hi cæteros deindè collegas dixere. Ioannem Franciſcum Marlianum. ad ſummam fortunam natum, tunc temporis ducalem Senatorem,Comitem Gibertum Borromæum, Ambroſium Mainum, Alexandrum Cribellum Prothonotarium, Hieronymum Cuſanum vtriuſque iuris peritiſſimum, Petrum Gallaratum, Hieronymum Puſterlam, viros omnes Senatorij ordinis. Quòd facilè indicat, multo plures fuiſse

fuiſſe, niſi eos nobis vetuſtas inuideret. Agebatur tum annus à Chriſtiana dinumeratione milleſimus quadringenteſimus nonageſimus octauus, cum Ludouicus non tam pulſus à Gallis, quam inſigni ſuorum ducum defectione magnis itineribus fermè conſecutus ab hoſtibus, in Germaniam ad Imperatorem fugiens, Inſubria iterum ad tranſalpinas gentes delata, documentum humano generi præbuit, malè partum imperium diù retineri non poſse, differrique calamitatem, non tamen euitari, quam Cœlum, iuſtas ob cauſas iratum nobis portendere videatur.

HORATII

Digitized by Google

HORATII LANDI

SENATVS MEDIOLANENSIS.

LIBER QVARTVS.

SEQVITVR hinc annus inſignis cùm primo Senatu Mediolanenſibus dicto, tum miſeranda Sfortiani Principis captiuitate lugendus. Franci, vt eſt gens effuſiſsima ad libidinem, infandis modis iniuriæ opportunum ſexum deformabant, neq; intrà gregarias turpis audacia ſe continebat, illuſtres & fœminas raptas violabant. Sequuta libidinis indiuidua comes auaritia, crudeliter imperatum aurum in ſtipendium militare; crudeliùs exactum. adeò vt in eam deſperationem Ciues infelices adduxerint, vt etiam ipſos inter hoſtes, dulciſsimum Sfortianum nomen ingeminarent. Et Ludouicus quidem ab Germania votis annuens præpropera feſtinatione non auxilia expectans aderat, cum ſatis valida militum, ac præcipuè Heluecticorum

ticorum

ticorum manu. Reſque ad ſpem ſuccedebat, ni Heluetici æquè bellicoſi, ac venales multo auro ab Gallis ducibus corrupti ſub Nouaria Principem Inſubriæ in Heluetico habitu cum æterna illius gentis nota prodidiſſent. Captiuus confeſtim in Galliam deductus Princeps nemini ſecundus, ſi felicior extitiſſet, ingentium planè virtutum vir, ſi imperandi auiditatem fuiſſet moderatus, Genuæ, ac multarum Vrbium Dominus rerum Italicarum diù arbiter in carcere tabeſcit. At Galli proſpera vbique fortuna, ſuæ gentis viris omnibus arcibus præpoſitis, munitiſſima Mediolanenſi arce, rebus omnibus longè inſtructiſſima, quæ vel multorum annorum obſidionem toleraſſet, ab Ticinenſi prę-fecto Curtio incredibili felicitate empta, ne perbreuis æui dominatio foret, conſilium viribus parant. Primò, ex duobus Senatibus antè ſeptimum,& quinquageſimum annum inchoatis, alterum opportunè antiquant. Vnum eumdem conſilium arcanum, ac Senatum appellarunt. Ordinis præſidem primi creant. Et penes Petrum de Sanerges Epiſcopum Lucionenſem, tanti ordinis prima principis gloria ſtetit. Ità laſciuientem ordinem præ impotenti ambitione certis finibus coercuere, ſeptemdecimũ numerum Patres cõſcripti expleuerê. Togatis armatos miſcuit Gallus. & quò ſanctiorem ordinem redderet duos Epiſcopos, inſignes per ea tempora viros in patres legit. An-

tonium

tonium de Triuultio Epiſcopum Comenſem Vaticana purpura nobilitandum, & Hyeronimum Pallauicinum Nouarienſem Antiſtitem. Summaq; prudentia Gallum vſum apparebat, vt quem ordinem ab Rege ſupremum in Inſubria, cunctas cogniturum cauſas veneraremur, hic & rebus diuinis mancipatis, togatis, & armatis viris conſtaret, qui iuxtà rerum humanarum caſus in dies ſe offerentium, ſinguli res ſuæ prouinciæ altiùs intelligentes, maiori condentis Regis gloria, ſubditorum ſalute tutiùs deindè cuncti iudicarent. Senatores equites, vti par erat ex ampliſſimis familijs ſelecti. Petrus de Gallarato, Franciſcus Bernardinus Vicecomes, Comes Gibertus de Borromæis, Eraſmus de Triuultio. Togati verò maximè inſignes earum tempeſtatum. Claudius de Seiſello, Scipio Barbauaria, Accurſius Metinerius, Ioannes Franciſcus de Marliano, Michael Ritius, Ioannes Franciſcus de Curte ambo Ticinenſes, Iaphredus Caroli, Ioannes Stephanus de Caſtilliono, Hyeronimus de Cuſano, Antonius Caccia. Cæterum patres omnes, cum ab Ludouico Sfortia, tum ab Galleazio creatos, ità è Senatu mouere Galli, vt ijſdem honoribus, ac ſtipendijs, vti recens delecti gauderent, & in demortuorum locum ſufficerentur.

Sed Senatus per id tempus dicti literas, totas & integras hic deſcribi curauimus, quæ mihi ab eruditiſsimo, ac nobiliſsimo viro Ioanne Iacobo ab

Eccleſia noſtræ Ciuitatis ab arcanis fuere olim humaniſsimè traditæ. Hic in viuida, & eleganti ſenecta ſeptuagenario maior, dum hęc ſcriberem, (in exitu enim anni ſuperioris, cum ingenti bonorum, ac maximè literatorum dolore tantum virum luximus) & ſui muneris partes egregiè tuebatur, & ſucciſiuis horis reuerendæ antiquitatis monumenta æquè curioſus, ac doctus ſcrutabatur. Et habitus magnæ viri virtuti honos. Ob ingentia ſua cum publica, tum priuata, tantorum annorum in Patriam merita, in Aloyſio filio honeſtiſſimo, & magnæ indolis iuuene, veraq; tanti Patris imagine ſibi coequatum honorem vidit, quodque numquam anteà contigit, vel fando auditum fuit, Patrem, & Filium eodem tempore, Mediolani Vrbis à ſecretis gratulabundi ſpectauimus.

L VDOVICVS *Dei gratia Francorum Rex, Siciliaq; & Hieruſalem, ac Dux Mediolani, &c. Ad æternam rei memoriam. Humanum fœdus: quodq; fraterna primùm violauit inuidia excreſcente in dies mortalium ambitione & auaritia, niſi leges quibus malorum hominum audacia refrænaretur latæ fuiſſent. Et Principes, & Magiſtratus, qui illas exequerentur creati: conſeruari diutiùs nequiuiſſet. Indè Regum officium originem habuiſſe manifeſtiſſimum eſt: Vt in pace & cuſtodia populos, vrbeſquè iuſtitia mediante continerent. Et eo pacto imperia ſua ſtabilirent. Vndè Diuino ſpiraculo Reges ipſi, & qui terram iudicant Juſtitiam admonent diligere: quam qui deſerit, Deo fit diſſimilis, & regio nomine indignus. Sineq; illa vrbes, & regna latrocinia nuncupantur. Nos igitur attendentes diuos prædeceſſores noſtros Francorum Reges præ cæteris principibus illam ſummoperè coluiſſe, & illius cultu, atquè obſeruantia, ſuum & ſolidaſſe imperium & auxiſſe. Indeq; maximam apud omnes exteras nationes gloriam reportaſſe. Volenteſquè illorum veſtigia quantum poſſumus imitari. Cum nuper Ducatum, & Statum Mediolani cum ſuis omnibus pertinentijs ad nos hereditario iure ſpectantem, diuina potiùs diſpo-*

 ſitione

ſitione, quàm humanis iuribus fuerimus aſsecuti: Jllum iuſtitiæ magis tramite, quam militum noſtrorum robore regere, conſeruare, & augere diuinis auſpicijs conſtituimus. Verùm animaduertentes nos continuè in dicta Mediolanenſi prouincia non poſſe reſidere. Sed pro regni noſtri, & aliarum prouinciarum Imperio noſtro parentium neceſſitatibus, ad alias noſtræ ditionis prouincias nos eſſe quoque tranſituros. Jmpoſitum nobis onus exequi toto conatu geſtientes: Ad Dei immortalis; cuius beneficio tot populis, & nationibus præfecti ſumus gloriam: Ducatuſquè, & Status noſtri Mediolanenſis: ac ſubditorum noſtrorum extramontanorum pacem, quietem, & tranquillitatem. Perpetuo edicto, & inuiolabili decreto omnia, & ſingula in his noſtris literis inferius contenta, ſtatuimus, & ordinamus, & hac lege perpetuò valitura ſtabilimus. Jmprimis in dicto Ducatu noſtro, & Dominio Mediolanenſi locumtenentem vnum habebimus virum nobilem, æquum, ſtrenuum, & militari diſciplina præditum. Et ex nunc creamus, deputamus, & ordinamus dilectum, fidelem, conſanguineum, & conſiliarium, ac Ciambellanum noſtrum Ioãnem Iacobum de Triuultio militem: Comitem Peſenatici, Mareſcalcum Franciæ. Cuius fidem, prudentiam, ſtrenuitatem, ex plurimis rerum argumentis perſpectam habemus. Cui in concernentibus guerram, armorum expeditionem, ciuitatum, oppidorum, & aliorum locorum conſeruationem, & defenſionem, plenariam poteſta-

tem vice

tem vice noſtra relinquimus. Poteritquè idem locum tenens ſuper prædictis quotiens ſibi videbitur expedire cum Senatu noſtro Mediolani inferius nominando communicare. Vel quos voluerit ex Senatoribus noſtris dicti Senatus, & de capitaneis noſtris ad ſe vocare. Et ſuper concernentibus præmiſſa dum, & quando erit extra Ciuitatem Mediolani mandata, & literas patentes ſub proprio nomine, tamquam locum tenens noſter generalis decernere, & conficere, ac de negotijs, & controuerſijs ſupra deſignatis, ſuper quibus non erit alius Judex ordinarius deputatus cognoſcere, vel cauſas cognoſcendas alijs committere, prout bonum ſibi videbitur. Ordinamus itaquè, ac præcipimus omnibus noſtris capitanijs, militibus, ſtipendiarijs, armigeris, tam equitibus, quam peditibus: officiarijs ciuitatum, & alijs inferioribus quibuſcumq; Quatenus præfato noſtro locum tenenti, ſuper præmiſſis, & ex eis deſcendentibus indubiè, & ſine difficultate pareant, obediantq; veluti nobis &c.

Ordinamus inſuper, quod in dicto Ducatu noſtro, & Dominio Mediolanenſi ſit vnus Cancellarius vltramontanus, qui caput, & Præſidens Senatus noſtri, & Juſtitiæ noſtræ habebitur, & cui cuſtodia ſigillorum noſtrorum committetur. Alijſquè honoribus, & prærogatiuis, quibus Cancellarij noſtri Franciæ vtuntur in dicto Dominio potietur. Ad quod quidem officium præſentium tenore creamus, deputamus, & ſtabilimus dilectum, fidelem Conſiliarium noſtrum

Petrum

Digitized by Google

Petrum de Sanerges *Epiſcopum Lucionenſem.* *Qui erga nos, & Chriſtianiſſimos prædeceſſores noſtros Francorum Reges plurima, & maxima ſuæ probitatis, fidei, prudentiæ, virtutis, & integritatis præbuit experimenta.*

Et quia temporibus retroactis, duo fuerunt in ciuitate noſtra Mediolanenſi. Vnum ſecretum, & aliud Iuſtitiæ conſilium ordinarium, quæ ferè eamdem habebant authoritatem. Exiſtimantes multiplicitatem Magiſtratuum non neceſſariorum Reipublicæ minus vtilem fore. Vnicumque conſilium ad omnia, quæ vtriquè ſupradictorum conſiliorum incumbebant onera ſufficere: Reipublicæ noſtræ conſulere, officiariorumque multitudinem reſecare in noſtrum ſubditorumque noſtrorum ſubleuamen cupientes.

Statuimus, & ordinamus &c. de cætero erit in dicto Dominio noſtro Mediolani vnicum ſupremum conſilium, qui SENATVS *noſter iuxtà veterum morem appellabitur. In quo dictus Cancellarius præſidebit. Erunt præterea decem & ſeptem conſiliarij, ſeu Senatores, quorum duo erunt Prælati, quatuor erunt militares, Cæteri verò vndecim erunt viri electi, docti, & graduati: quinquè ſcilicet vltramontani, & ſex citramontani. Quos ex nunc harum tenore creamus, & conſtituimus ſecundum ordinem infraſcriptum, videlicet dilectos filios noſtros Magiſtros* ANTONIVM DE TRIVVLTIO *Epiſcopum Comenſem, & Hieronymum Pallauicinum Epiſcopum*

Epiſcopum Nouarienſem, Petrum de Gallerate, Franciſcum Bernardinum Vicecomitem, Gibertum de Borromeis, Comitem Eraſmum de Triuultio milites. Claudium de Seyſello in magno conſilio noſtro, & parlamento Tholoſano conſiliarium noſtrum Scipionem Barbauariam, Accurſium Metinerij in dicto magno conſilio noſtro etiam conſiliarium, & prouinciæ maiorem Iudicem: Ioannem Franciſcum de Marliano, Michaelem Ritium etiam in conſilio noſtro magno, & in parlamento Burgundiæ conſiliarium noſtrum; Ioannem Franciſcum de Curte: Iaphredum Caroli conſiliarium noſtrum in parlamento delphinali, Ioannem Stephanum de Caſtilliano, Hyeronimum de Cuſano, & Antonium Cacciam iuris vtriuſque Doctores. Et hoc cum, & ſub ſtipendijs per nos particulariter illis in rotulo ſuper hoc conficiendo taxandis, & ordinandis. Et cum alijs priuilegijs, preheminentijs, prærogatiuis, immunitatibus, libertatibus, franchiſijs, & commodis, quibus conſiliarij noſtri, magni conſilij, & parlamentorum noſtrorum, Franciæ, ac dicti Ducatus noſtri gaudent, & fruuntur. Et ante hac frui, & gaudere conſueuerunt. Ità tamen quod cum primùm vnus, tam ex dictis duobus prælatis, quam ex dictis quatuor militaribus viris deceſſerit, aut aliter eorum officia vacauerint, ſint illa duo extincta officia, & ſuppreſſa, nec alij poſſint in eorum locum ſubrogari. Sed tantum vnus prælatus, & tres viri militares remaneant. Erunt etiam ipſi omnes Senatores Officiarij

perpetui,

perpetui, nec poterunt quouis pacto ab eorum officijs per dictum noſtrum locumtenentem, vel Senatum, aut alium remoueri ſine cauſa legitima, cuius cognitio, & declaratio ad ipſum Senatum noſtrum pertinebit. Item quod quotieſcumquè aliquod dictorum officiorum præfatorum conſiliariorum, ſeù Senatorum noſtrorum citramontanorum per mortem, delictum, aut aliter vacare contigerit iuramento prius per cæteros Senatores de eligendo tres, quos cognouerint magis idoneos ad tale officium obtinendum in manibus Cancellarij, vel Præſidentis, & per ipſum cancellarium, vel Præſidentem in manibus immediatè ſequentis ſolenniter præſtito, eligent dicti Senatores noſtri tres, quos ad tale officium ſufficientiores, & idoneos eſſe cognouerint, & electionem, ſeù nominationem factam ſic per eos nobis tranſmittere tenebuntur. Noſquè vnum ex ſic nominatis & electis ad dictum Senatorium officium confirmabimus, & deputabimus, qui dicto Senatui noſtro literas noſtras ſuæ confirmationis, & collationis dicti officij tenebitur præſentare. Et deindè priuſquam ad dicti officij exercitium admittatur in præſentia totius Senatus prædicti, & in manibus in eo Præſidentis iuramentum præſtare, pro dicto officio per ſe, vel interpoſitam perſonam nemini dedit, vel promiſit, ſeù promitti fecit pecuniam, vel aliam rem æquiualentem. Et ſi aliquam pecuniam, vel rem æquiualentem per ſe, vel interpoſitam perſonam reperietur donaſſe, aut promiſiſſe directè, vel indirectè, volumus,

lumus, & ordinamus ipſum à dicto officio repellendum, & arbitrio præfati Senatus noſtri puniendum. In iſta tamen nominatione, & electione officium cancellarij præfati intelligimus minimè comprehenſum. Idemquè, & de officijs Senatorum vltramontanorum iuxtà numerum prætaxatum. Quæ cum tempus vacationis occurrerit, plenariæ diſpoſitioni noſtræ reſeruamus abſquè aliqua nominatione.

Volumus etiam, quod aliquo ex dictis Senatoribus noſtris togatis abſente, vel in totum deficiente alius immediatus ſubſequens, & eo abſente, vel etiam deficiente, alius ſubſequens. Et ſic deinceps eiuſdem nationis locum talis deficientis, vel abſentis obtineat. Et ſucceſſiuè, ac gradatim cæteri ſubſequentes locum aliorum vt præmittitur aſcendentium. Itaquè ille, qui de nouo in locum deficientis creabitur, nouiſſimum locum inter cæteros de ſua natione conſequetur. Et idem in militaribus viris volumus obſeruari. Et quoniam eos, qui retroactis temporibus in dictis conſilijs ſecreto, & iuſtitiæ locum obtinebant non ob antiquam eorum culpam, vel defectum, ſed ad numerum refrænandum; quem determinatum eſſe volumus excluſos eſſe opportuit. Volumus, & declaramus: quod quamdiù aliqui ex eis ſupererint, & locus vacationis in perſona alicuius ex Senatoribus noſtris citramontanis euenerit: non poſſint alij, præter dictos antiquos conſiliarios ad dicta officia vacantia nominari, vel eligi. Et nihilominus ipſos omnes antiquos Conſiliarios,

Interim omnibus priuilegijs, bonoribus, prærogatiuis, prebeminentijs, & commoditatibus, quibus anteà gaudebant, vti gaudere, & frui volumus, quoad v uent. Poterunt inſuper dictum Senatum noſtrum, quotiens per dictum Cancellarium, vel alium Præſidentem vocabuntur intrare, & in omnibus actibus, ceſſionibus publicis poſt dictos Senatores numerarios cæteris anteferri. Et vlterius quotiens aliquis actus iudiciarius, aut extra iudicialis per aliquem Senatorem noſtrum fieri debebit, in defectum dictorum numerariorum per dictos antiquos conſiliarios, ſeù Senatores talis actus poterit explicari, nulliquè alij debebit committi. Volumus præterea, & ordinamus præfatos Senatores noſtros ſic in Senatu noſtro ordinatos, in dicta ciuitate Mediolani reſidentiam facere, vt ſua valeant officia exercere, & ſubditis noſtris prout de eis confidimus, iùſtitiam miniſtrare. Quem quidem Senatum poterit dictus noſter locum tenens quotiens voluerit intrare. Quantum autem ad alia officia iudicaturæ, quæ ſunt dicto Senatu noſtro inferiora, & ſubalterna prout ſunt Capitanei Iuſtitiæ, Poteſtates, Vicarij, Commiſſarij Ciuitatum, & Oppidorum Iudices: Conſules, & alij ſimiles temporalia, ſeù perpetua, quæ temporibus retroactis per Duces Mediolani ſolebant, conferri, ſeù donari quotieſcumquè aliquod prædictorum officiorum vacare contigerit morte lapſu temporis, vel aliter. Volumus dictos Senatores noſtros iuramento iuxtà formam ſupradictam in manibus Cancellarij,

vel

vel alterius in dicto Senatu noſtro præſidentis per eos præſtito procedere ad electionem trium virorum, quos in eorum conſcientia cognouerint ſufficientes ad tale officium obtinendum pro bono noſtro, & ſubditorum. Quam nominationem ſic factam, & in ſcriptis redactam habebunt dicto locum tenenti noſtro generali præſentare: qui vnum de tribus ſic nominatis ſine mora tenebitur acceptare. Et illi ſic acceptato dabuntur, & expedientur literæ nomine noſtro, & ſigillo noſtro per dictum Cancellarium ſigillatæ. Tenebiturquè dictus officiarius iuramentum in manibus dicti Cancellarij, vel alterius Præſidentis, vt ſupra præſtare: qui per ſe nec per alium pro dicto officio obtinendo aliquam pecuniam, vel aliquam rem æquipolentem donauit, ſeù promiſit. Et iuramento ſic per eum prius præſtito, tenebitur poſtmodum iterum iurare, quod benè, & legaliter dictum officium exercebit iuxtà naturam officij, & ſecundum formam conſuetam. Item eidem Senatui noſtro damus, & concedimus per præſentes poteſtatem, ſeù auctoritatem decreta noſtra Ducalia confirmandi, & infirmandi, dandi omnes, & quaſcumquè diſpenſationes, ſtatutorum, & ordinationum, confirmationes, rehabilitationes, temporum prorogationes; In integrum reſtitutiones, & omnes alias prouiſiones Iuſtitiæ in dicto Ducatu noſtro Mediolanenſi, & alijs terris ab eo dependentibus, ac in toto Dominio noſtro Aſtenſi. Poterit etiam dictus Senatus noſter contra ſtatuta Ducalia curiarum ſtylos

 diſpenſare

Digitized by Google

diſpenſare, Lecturis vniuerſitatis noſtræ Papienſis, prout expedierit prouidere: Rotuloſquè legentium, & ſtipendiorum ſuorum confirmare, vel reformare, & cætera alia omnia facere, quæ prædicta conſilia ſecretum, & Iuſtitiæ Mediolani ordinata anteac facere conſueuerunt. Et cognoſcet dictus Senatus de cauſis arduis inter ſubditos noſtros præfati Dominij: vtputà Comitatuum, Marchionatuum, & quorumcumquè feudorum nobilium, quando erit quæſtio inter nos, & noſtros Vaſſallos, ſeù inter ipſos Vaſſallos, nec non de omnibus alijs cauſis magnis, quotiens res de qua agetur erit, & aſcendet vſque ad ſummam mille ducatorum in annuo redditu, & ſupra, & etiam de cauſis per Nos, & Cancellariam noſtram illis ſpecialiter commiſſis, & alijs de quibus per appellationem, vel aliter dicta conſilia ſecretum, & Juſtitiæ retroactis temporibus cognoſcere conſueuerunt: nec non de cauſis appellationum, à ſententijs definitiuis, vel interloquutorijs vim diffinitiuarum obtinentibus, quæ per Magiſtros intratarum noſtrarum proferentur. Exceptis ijs, quo ſuper calculo ferentur, à quibus nolumus appellari. Jtem & de cauſis appellationum dicti Dominij Aſtenſis, quæ ad nos deuoluuntur, & deuolui conſueuerunt ſine præiudicio ſeparationis olim factæ. Et cognoſcet vlterius dictus Senatus, de verificatione, & interinatione literarum noſtrarum, donorum, remiſſionum, indulgentiarum, priuilegiorum, ordinationum, & edictorum

tam

tam iuſtitiam, quam policiam concernentium. Quæ quidem literæ omnes ſupradictæ, niſi per prius fuerint in dicto Senatu noſtro præſentatæ, interinatæ, & verificatæ, nullius firmitatis effectus, vel momenti eſſe poterunt: Eaſquè tam conceſſas, quam concedendas decernimus per præſentes irritas, & inanes. Habebit præterea dictus Senatus curam, & ſuperintendentiam ſuper omnes officiarios Juſtitiæ, tam temporales, quam perpetuos: Et poterit illos punire, ſuſpendere, priuare, & corrigere ſecundum caſus exigentiam, & prout dicto conſilio videbitur, & prouidebit de syndicatoribus iuxtà ſolitum. Prætereà ordinamus, & perpetuo edicto declaramus, Quod ſententiæ, decreta, & ordinationes proferendæ per dictum conſilium noſtrum ſuum ſortiantur effectum. Et tamquam ſententiæ, ſeù arreſta Curiæ ſupremæ, à quibus appellari, ſeù prouocari non poteſt: nec de eorum nullitate dictæ executioni mandabantur. Et tenebitur dictus locum tenens, cæteriquè officiarij noſtri Ducatus, & Dominij illa facere exequi, & ſimiliter alias prouiſiones dandas per dictum conſilium, & ſuper his manum fortem concedere ſi opus ſit. Et ſimiliter officiarij Dominij noſtri Aſtenſis in his, quæ eos modo præmiſſo concernant. Poterit tamen condemnatus per dictum Senatum infrà terminum iuris ſupplicare, recurrere, & remiſſionem proceſſus petere contrà dictas ſententias, ſeù arreſta; & punito prius iudicato ſuper dicta ſupplicatione, vel recurſu

curſu

Digitized by Google

curſu à Cancellaria noſtra literas reuiſionis, impetrare, quas dicto Senatui tenebitur præſentare. Et deindè priuſquam ad dictam reuiſionem procedatur, deponere, & conſignare ſummam ſexaginta ducatorum auri in manibus vnius ex Secretarijs dicti Senatus, vel alterius per dictum conſilium deputandi Cameræ noſtræ Ducali, caſu quo dictus ſupplicans ſuccumbat irremiſſibiliter applicanda. Quo depoſito facto tenebitur dictus Senatus noſter infra vnius anni ſpatium dictum proceſſum reuidere, & denuò prout iuſtum fuerit iudicare; Reiectis ijs, quos ex cauſa legitima altera partium inſtante, ſuſpectos eſſe cognouerit, & alijs in eorum locum ſi opus fuerit ſubrogandis.

Volumus etiam, & ordinamus Quod in dicto Senatu noſtro teneatur Cancellarius, ſeù alius Præſidens in eius abſentia concludere, materia ſufficienter diſcuſſa à pluralitate vocum, & opinionum. Volumus vlterius quod dictus Senatus habeat litigationibus, cauſarum expeditionibus, ſupplicationum, & alijs negotijs occurrentibus vacare duabus horis de mane, & duabus poſt prandium diebus non feriatis in honorem Dei, horis congruentioribus, & prout per eos pro meliori fuerit deliberatum: Quodquè ipſe Senatus ſententias ordinarias, decreta, cæteraquè ſua ordinamenta ſub nomine noſtro faciat, & expediat.

Statuimus præthereà, quod prouiſiones ordinandæ ſuper ſupplicationibus, quæ in dicto Senatu noſtro

per

per ſubditos noſtros porrigentur, reſerantur, expediantur: & ſubſignentur per vnum ex dictis noſtris Senatoribus, ſecundum quam expeditionem ſecretarij habebunt literas expedire, & ad Cancellariam noſtram deferre. Item & ad tuendum, & iura noſtra defendendum Volumus, & ordinamus, quod in corpore dicti noſtri conſilij habebimus vnum procuratorem, & vnum Aduocatum Fiſcales viros in iure doctos, & literatos à nobis debitè ſtipendiatos. Quos ex nunc deputamus videlicet ad officium Aduocationis dilectum nobis Magiſtrum Hyeronimum Moronum, Ad officium verò procurationis Magiſtrum Joannem de Birago iuris vtriuſque Doctores: ad quorum officia cum locus vacationis contigerit, nominabuntur per dictos Senatores noſtros tres nobis præſentandi, & per nos confirmandi iuxtà ſuperius declaratá, qui tamen non intrabunt dictum Senatum, niſi vocati, aut pro negotijs noſtris proponendis, horis congruis, & per ipſum Senatum eis ordinandis. Erunt & in corpore dicti Senatus noſtri quatuor hoſtiarij ſalariati expenſis noſtris, quorum officia ad præſens, & cum tempus vacationis euenerit ad collationem præfati Cancellarij noſtri, & ſuorum in dicto officio ſucceſſorum relinquimus. Et idem de hoſtiarijs Magiſtrorum intratarum noſtrarum concedimus. Item quoad Cancellariam ſtatuimus, & ordinamus Quod in dicta Cancellaria noſtra erunt decem ſecretarij per nos ordinandi, qui in cauſis tam

ciui-

ciuilibus, quam criminalibus proceſsus, acta, ordinationes, & appontuamenta dicti conſilij conficient, & ſubſcribent. Et vlterius ſignare habebunt omnes litteras deliberatas, & ordinatas per dictum Cancellarium, qui tenebit dictum ſigillum, & per conſiliarios cum eo deputatos, poſtquam dictæ literæ fuerint in cauda per alterum Conſiliariorum ſubſignatæ. Duoque ex ipſis acta, proceſsus, literas, & alia, quæ in auditorio Magiſtrorum intratarum noſtrarum fient ordinabuntur, & erunt neceſsaria conficient, & ſubſcribent. Et tenebuntur dicti Secretarij antè dictorum ſuorum officiorum exercitium in manibus præfati Cancellarij iuramentum ſolemniter præſtare ſecundum qualitatem, & materiam ſuorum officiorum; & quod ſibi parebunt, & obedient tamquam eorum Judici, & immediatè ſuperiori. Et ex nunc ad dicta officia ordinamus dilectos noſtros Magiſtros, Bartholomæum Calchum: Petrum Magurey: Conſtantium Ferrerij, Petrum Garboti, Angelum Dominicum de Grandis, Philippum de Comite, Joannem Magnum, Julium Cattaneum Notarium Intratarum ordinariarum, & Io: Mollam de Belliſona Notarium intratarum Extraordinariarum.

Ordinamus præterea, quod dicti ſecretarij tenebuntur, & iurabunt ſignare dictas literas, quas non compoſuerint, & tam expeditas per Senatum, quam Cancellarium abſquè eo quod aliquid à partibus occaſione dictæ ſignaturæ recipiant. Statuimus præterea, &

tereà, & ordinamus quod dicti ſecretarij, qui corũ officia in dicta cancellaria exercebũt, quolibet menſe habebunt burſas ſuper emolumẽto dicti ſigilli per manus audientiarij diſtribuendas, prout in cãcellaria Franciæ hactenus fuit obſeruatum. Et hac de cauſa in dicta cancellaria ordinabimus vnũ audientiarium, & vnũ contrarolatorem, ſeù ſcriptorẽ ex numero dictorũ ſecretariorum. Et ex nunc ordinamus dictum Petrum de Manſebrey audientiarium, & contrarotulatorẽ, ſeù ſcriptorem dictũ Petrũ Garboti, qui recipient, & contrarolabunt, ſeù conſcribent emolumentũ, & pecunias procedẽtes ex dicto ſigillo. Quod de illis tenebuntur conputum, & rationem reddere coram dictis Magiſtris intratarum, prout in Cancellaria Franciæ fuit hactenus obſeruatum. Erunt etiam in dicta Cancellaria duo ſigillatores, qui habebunt ſalaria, & ſtipendia prout per dictum Cancellarium, & conſiliarios in dicta Cancellaria modo, quo infrà deputatos fuerit ordinatum. Et collatio dictorum officiorum ad præſens, & cum locus vacationis contigerit dicto Cancellario, & ſuis ſucceſſoribus pleno iure pertinebit. Similiter, & collatio quorumcumq; officiorum, quorum ſtipendia ſummam 25. ducatorum auri annuatim non excedent. Item volumus, & declaramus, quod in dicta cancellaria expediantur omnes literæ iuſtitiæ per dictum conſilium vt ſ. decreta. Concedet inſuper dictus cancellarius omnes alias literas iuſtitiæ, ac gratiæ, & remiſſiones, ſeù indulgentias caſuum remiſſibilium, bannorũ, car-

cerum infractiones, receptiones homagiorum, quæ recipientur per dictum noſtrum Cancellarium forma, & modo conſuetis, confirmationes priuilegiorum, inueſtiturarum, & ſimilium gratiæ conceſsionum, literas ſpectabit: & ſimiliter omnes & quaſcumq; alias prouiſiones meræ omnes, & gratiæ. Et vbi ſuper dictis prouiſionibus iuſtitiæ aliqua difficultas oriretur, quæ fuerit facta per dictum Cancellarium, vel alterum ex conſiliarijs ſibi aſsiſtentibus Cancellarius prædictus tenebitur conſilio remittere. Vt ſuper illis maturiùs per dictum Senatum iudicari, & ordinari poſsit prout fuerit rationis. Et ſi aliquam falſitatem in literis noſtris in dicta Cancellaria expeditis committi contigerit; cognitio plenaria, & emolumentum confiſcationis ſi locus ſit, ad dictum Cancellarium noſtrum pleno iure pertinebit, qui ſuper dicto crimine ordinare, & falſarium punire poterit, aut illi indulgere, quemadmodum Cancellarius Franciæ circa falſificantes literas noſtras facere conſueuit. Ordinamus vlterius quod dictus cancellarius dictam cancellariam tenebit conuocatis ſecum quatuor ex dictis Senatoribus noſtris tam vltramontanis, quam citramontanis per dictũ cancellarium noſtrũ eligendis, qui tamquam Magiſtri requeſtarum habebunt aſsiſtere, & literas, & prouiſiones ſecum iudicare. Et pro eorũ vacationibus, & ſtipendijs dicti Conſiliarij habebunt quolibet menſe vnam burſam in dicta Cancellaria, quemadmodum Magiſtri noſtri requeſtarum in Cancellaria Franciæ habere conſueuerunt

ſueuerunt. Prohibemus igitur, & diſtrictiùs inhibemus, ne aliqua perſona cuiuſuis ſtatus, gradus, aut conditionis exiſtant præter dictum Cancellarium noſtrum aliquod ſigillum, in quo arma, ſeù inſignia noſtra ſint inſculpta conficiant, aut confici faciant, vel penes ſe habeant, nevè literas aliquas ſub nomine noſtro ſigillent, aut ſigillari faciant alio ſigillo, quam apud dictum Cancellarium noſtrum exiſtente, & de eius mandato, neq; deinceps aliquo modo, in quouis loco ſub nomine conſilij noſtri conueniant, aut prouiſiones aliquas vel literas decernant, exceptis dictis Senatoribus noſtris, & alijs, qui pro tempore in eorum locum ſucceſſerint, per modum ſuperius expreſſum ſub pœna falſi. Quæ omnia, & ſingula per nos vt ſuperius decreta, ſtatuta, & ordinata in vim edicti perpetui, & conſtitutionis volumus obſeruari. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis officiarijs, & ſubditis noſtris dictorum Ducatus, & Status Mediolanenſis, & Comitatus Papiæ, ac Dominij Aſtenſis mediatis, & immediatis præſentibus, & futuris, ſub pœna indignationis noſtræ: Quatenus prædicta omnia, & ſingula in literis noſtris promulgata, ſtatuta, & ordinata inuiolabiliter obſeruent, ac per quos expedierit faciant obſeruari. Mandantes inſuper theſaurarijs noſtris, Magiſtris intratarum, ac cæteris ad quos ſpectabit. Quatenus dictis conſiliarijs, ac cæteris officiarijs noſtris ſuperius nominatis, ſtipendia, & ſalaria, per nos eiſdem, & cuilibet ipſorum ſtatuta, & ordinata ſine quauis difficul-

tate perſoluant. Eosq́; libertatibus, franchiſijs, commodis, immunitatibus, prebeminentijs, & priuilegijs quibuſcumq́; eis, aut alteri eorum quoquomodo conceſsis, & debitis, ac pertinentibus, frui, & gaudere faciant, & permittant inconcuſse, has in teſtimonium concedentes. Quas ad perpetui roboris firmitatem manu noſtra ſignauimus, & ſigillo noſtro iuſsimus ſigillari.

Datas Vigleuani die vndecimo menſis Nouembris Anno Natiuitatis Domini milleſimo quatercenteſimo nonageſimonono, & Regni noſtri ſecundo.

LOYS.

Per Regem Ducem Mediolani
in ſuo conſilio.

Robertet.

Viſa, lecta, publicata, & regiſtrata in Senatu Mediolani die xv. Nouembris 1499.

Bartholomeus Calchus.

Digitized by Google

IAM in exitu erat annus milleſimus quadringenteſimus nonus. Patres Senatum iniuerê. Ordiniſquè Principis Lucionenſis ædes in regione Vercellenſi ſitę, ampliſſimo per ea tempora Senatui deſſeruiuerè. Planè ſumma immortalis Numinis prouidentia, vt qui mortales Mediolanum vrbem condiderê, primi omnium etiam iuſtum, ac ſanctiſsimum Senatum inſtituerent, & tantà ordinem authoritate dignarentur, quantà maiorem vix ipſe Princeps haberet. Vt nobiliſſimam hanc vrbem iterum genuiſſe quaſi diceremus, niſi magnæ gloriæ fatalis ea labes obſtaret, voluiſſe Francos Mediolanum ſtare, & augeri, vt in eo libidinis, petulantiæ, & auaritiæ, crudelitatis exempla, nequicquam Ludouici diuiniſſimi Regis Legibus inclamantibus ab ipſis omne per æuum ederentur. Cæterum hiſce artibus gens alioqui imperio digna non huius prouinciæ tantum, ſed fermè orbis odium meruerè. Sed ſequitur iam ſeculum aliud 1501.
varijs caſibus, atrocibus bellis, mutatione dominorum, mortalium ſtudio, cladibuſquè ab Numine immiſsis, cum pręteritis haud quaquam conferendum. Hiſpani, & Galli Neapolitanum Regnum mutuis auſpicijs ſubegerè. Verùm vt eſt impatiens conſortis imperium, belligeræ nationes, orta de finibus quæſtione haud diù quieuerè. Et Conſaluus quidem Cordubenſis celeberrimis pugnis, paucis admodum copijs, patientia vſquè ad miraculum,

qua

qua fudit, & expulit Gallos, clara nomina ſuæ familiæ dedit. Ipſe ſiue ab rerum geſtarum magnitudine, ſiue ab militari aſſenſu magnus deindè appellatus longè nobiliſſimum, & opulentiſſimum Regnum, Ferdinandi Caſtellæ regis ſtipendiarium fecit. Itaquè duæ exteræ gentes in pulcherrima Italię ſcena, in alieno ſolo de imperio decertabant. Principes Itali ſpectatores, vel per metum aut ambitionem plaudentes ſuæ calamitati, ac totius Italiæ, parum intelligentes, quò iocus ille ſpectaret, ſubſcripſerè. Et opportunè per ea tempora circiter, ne ſummæ ambitioni deeſſent alimenta, indica opulentia patefacta. effudit ætas illa viros quibus vere

. . . . . . æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem.

Quos fortes ne, an audacia amentes appellem, qui primi ſæuienti Eoo ſe commiſere, herculeis columnis ludibrio habitis incognitumq́; famæ aperuerè armis orbem terrarum. Luſitani, Ligures, Hiſpani, Romano intactas prouincias horribili auſu penetrarunt. Tùm aureæ illæ venæ patefactæ, quas promiſcuè humanum omne genus ſitit, quæ mortalium cædi, dominantium libidini, ipſius Oceani inquieti, orbis vniuerſi ruinæ aliquando deſeruirent. Sed hoc anno, & inſequenti, nonnullos ex

patribus

patribus fato functos, nouos ſublectos, cùm alia, cúm ex perduellibus quæſtio habita demonſtrat. Ambroſius Panigarola, & Ambroſius Aliprandus Mediolanenſes, Ioannes Dominicus Mediabarba, & Ioannes Angelus Opizzonus Ticinenſes, Cæſar Guaſcus Alexandrinus, Hieronymus Petrobonus, & Auguſtinus Guidobonus hoc anno Senatores. hic in Sanctæ Mariæ Pedonis æde filium ob amantiſsimum demortuum has lacrymas, ne tàm cito exſiccarent, in marmore ſculptas poſteritati reliquit contemplandas.

Si liberorum mors, qualeſcumq; ſunt
grauiter parentes afficit
Quo modo fræna dolori ſuo inueniet
Auguſtinus Guidobonus Ducalis
Senator amiſſo Alexandro filio
Quem hic condidit in ætatis flore
Comitura conſultorum numerum
Receptus, ſpem maximam de ſe concitauiſſet.
Deceſsit Anno 1 5 0 3.

Iam verò Mediolani multæ illuſtres familiæ, quas vel ſuperiorum Principum deſiderium adhuc tenebat, vel ſuapte natura Gallici nominis hoſtes ſolum verterant pœnis de more grauiſſimis poſtulabantur. lex erat horrendi carminis, niſi intra certum diem, coram Reuerendiſsimo, ac Magnifico Senatu,

Senatu,quò illorum temporum,vel ſimplicitatem, vel frugalitatem demireris, vnà cum fortunarum iactura, extremo ſupplicio ſi detinerentur puniendæ. Et ſtatuti dies præterierant, Fiſcus Biraghus è rege eſſe inſtabat,contumaces Maieſtatis damnare. Verùm Patres mitius agendum eſſe decreuere, renouatiſquè edictis, laxiorem diem dandam, tempuſquè leniendæ iræ,ac miſericordiæ. Hocquè fuit Senatus Conſultum, cui ferundo Senatores nouem, quinquè recens creatos, vnà cum ſupremo Cancellario, ac Præſide interueniſse, antiquæ tabulæ fidem faciunt.

ANNO MCCCCC. In Senatu in domibus ſolitæ Reſidentiæ Reuerendi in Chriſto Patris Domini Petri Epiſcopi Lucionenſis Regij Ducaliſq; Cancellarij, & Locumtenentis Mediol. In quo Senatu aderant, ipſe Reuer. Cancellarius, & infraſcripti Magnifici Senatores. D. de Alegra. D. Claudius de Aquis, D. Michael Ritius, D. Antonius Catia, D. Ioannes Franciſcus de Curte, D. Auguſtinus de Panigarolis, D. Cæſar Guaſcus, D. Baſilius de Diuione, D. de Cantor ſancti, Exhibita, & præſentata fuit per Egregium I. V. Doctorem Dominum Ioannem de Birago Regium, Ducalemquè ſyndicum, & Procuratorem ſupraſcripta ſupplicatio, quæ lecta in eodem Senatu, & conſideratis conſiderandis, volens idem

Senatus uti æquitate, & mitius agere, & ad conuincendam apertius malitiam ipſorum fugitiuorum latitantium, ſeu aliter ſe ipſos non exhibentium, ordinauit, & decreuit aliud edictum proponendum fore, & proponi debere cum voce Præconis per loca publica.

Datum Mediolani die 16. Iunij 1500. Regni noſtri tertio.

INTEREA Mediolani ingens lætitia, cogitationum illarum nubes, quæ ſollicitos mortales habebant, nequaquam Hiſpanum, qui primum tàm altè mira felicitate in Italia fixerat pedem, in eadem dominantem Gallum paſſurum, feliciſſimum edictum diſſipauit. Anno milleſimo quingenteſimo tertio viij. Id. Aprilis ſanctiſſimum fœdus inter Hiſpanum, & Gallum Regem ictum Archiduce Auſtriaco conciliatore vulgatum eſt. funalia in aulæ feneſtris tribus noctibus luxerè. Sequutaquè eſt vniuerſa ciuitas exemplum. Et infinita propemodum lumina in ampliſsima Ciuitate imperata, veluti ſyderibus illuſtres noctes illas reddiderê. Verùm præcox lætitia ea fuit, & quibus altior intellectus, haud diuturnum ex ſexcentis nominibus hoc fœdus prudentiſſimè autumabant. Sed hoc anno primus Senatus Princeps moritur, Carolus Iaphredus Senator ſuffectus, & Comes Ludouicus Borromæus, & Philippus Bottigella.

R Tici-

Digitized by Google

Ticinenſis hoc eodem tempore Senatores. Hiſpanico bello vacuus Rex Galliarum, cum Cæſare Maximiliano Venetis infenſiſsimo, Cremonam, aliaq; Inſubriȩ loca, quȩ ipſis peppigerat, quò Sfortianum ad principem depellendum conſociarent arma, voti iam compos, vt eſt Gallica fides recepit. Et quidem hoc tempore fuere Veneti inſignia humanorum caſuum documenta. Vt qui anteà non modo Italiȩ ſed ipſi Germaniæ formidabiles erant, ex ſummo, retrouoluente, familiari ſuá incõſtantia fortuna eò miſeriarum deuenere, vt horrendo carmine ab Summo Pontifice aqua, & igne interdicti, continentis totius imperio, ſi Patauium excipias, attonitis magno metu gentibus ab Cȩſareis & Gallicis armis priuarentur. Eóſq; ſupplices antè illius pedes vltima neceſsitas procumbere coegit, quem anteà ab magnis victorijs vix parem Veneta magnitudo agnoſcebat. Ludouicus hoſtibus latè domitis, præclareque Mediolanenſi imperio aucto, triumphans vrbem eſt ingreſſus. Patres, qui eo anno Io: Franciſcum Bercium Ticinenſem collegam luxerè, quò maioribus honoribus triumphantem Regem exciperent, ne publica lætitia priuatorum cõmodo officeret, iuſtitium per aliquot dies Senatus conſulto indixerunt. Extat adhuc in fronte Dyoniſianæ ædis quadratus lapis, & victoriarum Regis, & triumphi non indecorum monumentum ab Senatus Præſide excitatum.

Ludo-

LVDOVICVS GALLIARVM REX,
AC MEDIOLANI DVX,
Parta de Venetis victoria hic equum aſcendit
Juſſu Japhredi Boſoli Praſidis
Lapis iſte erigitur.
Die 29. Junij 1510.

Sed Princeps paucos dies moratus in vrbe, Ciuium officijs deinctus, ne vrbs impoſterum, & Ducatus milites, vel in hybernis, vel in æſtiuis aleret grandi beneficio, ſi integrum ad poſteros dimanaſset, publico documento ſanciuit. Anno inſequenti purpuratus de Amboſia legatus, & gubernator diem obit. Clerus vterque, Senatus Regius, Magiſtratus, Iuriſconſulti, Medici, ac fermè tota ciuitas exequias ſpectare iuſſa. Tabernas, & apothecas claudi ædilitia poteſtate iuſſit Iacobus Trottus ducalis, ac regius vrbi præfectus. Iam vſq; per ea tempora inclyta domus in patria publicos gerebat honores, quæ ab Caſtellatio agri Alexandrini oriunda in vrbem noſtram commigrauerat, vt præſtantiſſimos Senatores, & maximos Præſides, quales in præſentia veneramur, haberemus. Per idem tempus Hyeronimus Moronus quem alta indoles, & inueterata prudentia non Inſubriæ modo, verum etiam Italiæ arbitrum fecit, & Ioannes Henricus Pectius Mediolanenſes, Scaramuccius Vicecomes Ticinenſis in Senatum leguntur. Sequitur iam annus in-

ſignis ab fœderato exercitu, ab Inſubria Gallico dominatu pulſo. Maximilianus Sfortia, Ludouici Mauri filius in auitum imperium reſtituitur. Et Senatus Excellentiſſimi cognomento, magnifici abdicato, nunc primum decoratur. Excepere gratulabundi Principem omnes ordines, excuſſoquè Gallico iugo Senatus Populuſq; Mediolanenſis iuerê per omnia patria templa ſupplicatum. Ipſe ad confirmandam dominationem quò Numen propitius haberet in Leonis Decimi Pontificis Maximi obſequium, de non ſe immiſcendo rebus ſacris, ac maximè à re beneficiaria abſtinendo ſolenniter ſtatuit, & edicto tàm pia Ducis deſideria cunctis innotuère. Sed maximam lætitiam nummaria difficultas intercepit. Enorme aurum diuturnis bellis exhauſtæ Ciuitati ad Heluetici militis ſtipendium imperatum. hæcquè cura exigendi Franciſco à Perſico Senatori attributa. Cæterum hoc lenimentum rei maximæ inuidiæ additum ducalis promiſſio totam ſummam intra tres annos, certis penſionibus cum vſura ſemiſſe reſtituendi. Verum hanc, vt pleraquè dominantium, irritam, ætas fecit. Dum Mediolani rei pecuniariæ incumbunt, Franci, quos vrebat tanti dominatus iactura non die, nòn nocte magnis copijs intermiſſum iter momento ſi Nouariam, & Comum excipias, quam inconſtans rerum humanarum ſcena, Inſubricum Imperium recepere. Iamquè Nouariam circumuallabant, tor-

mentiſq;

mentiſq; admotis mænia ſæuiſſimè quatiebant, victoriæ proximi, ni Heluetica virtus, cuius miraculo obſtupuit ea tempeſtate orbis, ignominiam fortè eodem in loco; prodendo Ludouicum Maurum, filio egregiè in præſentia fidem præſtando, acceptam longè illa memorabili clade hoſtibus illata aboleuiſſet. Auguſtinus Panigarola & Cuſanus vnà cum Franciſco Trouamalla Ticinenſi Senatores per hæc tempora circiter diem ſuum obierè. Hic in ſacra Diui Franciſci æde, in medio ſuæ ætatis flore decedens quieſcit. Vir planè memorabilis vti ſepulcralis inſcriptio indicat.

FRANCISCI TROVAMALLÆ,
Iur. Conſ. & Equitis inuictiſſimi
Conferendi oſſa hic cubant.
Fuit Ducalis auditor, & Senator Publ.
Annonæ curam geſsit, quæſturam
Extraordinariam exercuit remq; pecuniariam admi-miniſtrauit. Ita dum multorum onus obit officia
In ipſo iuuentutis flore extinctus eſt.
Die prima Auguſti M. DIV.

Defunctis Patribus Comes Antonius de Balbiano, Michael de Marliano, Hieronymus de Carcano ſuffecti. Sed tanto faſtigio haud dignus erat Maximilianus Princeps, ſomno, luxui & ignauiæ deditus. Succeſſerat in Galliæ Regno Ludouico duode-

duodecimo Franciſcus Angoliſmenſis, illi inter regiæ ſtirpis mares cognatione proximus, atque ex eodem Aurelianenſium Ducum genere procreatus. Princeps bellicis artibus, ſi fortunatior fuiſſet ab Carolo Auſtriaco Imperatore, ſuæ ætatis omnibus, vel clariſſimis ducibus anteponendus. Vbi primum ad imperandum accerſiti, non alia cupiditas ardentior, Regis animum inuaſit, quam pulcherrimæ Inſubriæ recuperandæ. Florentiſsimo exercitu traiectis Alpibus, nequaquam Italis Principibus tumultuantibus Heluetica illa ferocitate, qua ſe inuictam oſtentabat ad Sancti Donati fracta vrbem Mediolanum in deditionem accepit, cuius fortunam momento, arce tamen excepta, ſecutæ ſunt reliquæ vrbes Imperij. Arx ipſa paucos poſt dies ceſſit. Maximilianus certis conditionibus nobiliſſimo imperio non ſine Hyeronimi Moroni Senatoris nota ſe abdicauit. Et in Galliam contendit, tantam fortunam in qua erat genitus, ob propriam ignauiam amittens. Pacata iã Inſubria, Ticinenſis Academia, quam tot bellici tumultus clauſerant, Principis edicto aperitur, indignatione comminata Regis, ſi alio publico in Gymnaſio ſubiecta iuuentus inſtitueretur. Patres ijdem noſtrates, quò ſummam illius Principis lenitatem demireris. Senator Moronus Comes Leuci confirmatus. Ioannes Iacobus de Cagnolis, & Ioannes Baptiſta Applanus, & Ioannes de Rochellis ab Rege in Senatum lectos in-

tos in-

tos inuenio, & alios Gallos ſimile veri exiſtimo, Verum horum memoria interijt. Sed anno inſequenti Chriſtianiſsimi Regis munificentia,& liberalitas in Ciuitatem, enituit, digna quæ in publicos annales referatur, nec ſine flagitio à quolibet ſcribente reticenda; ſex millium aureûm penſionem vrbi Mediolano donauit; quinimmo adeo effuſa fuit magni Regis liberalitas,vt etiam vini, ac rei frumentariç vectigal,quod etiam manet,eidem Ciuitati ad publicos ſumptus,ac vrbis magnificentiam alendam indulgeret. Arcaquè publica cuſtodiendo nummo imperata ternis munienda clauibus,quarum vnam vrbi præfectus alteram electus regius,poſtremam Viceecancellarius, vel antiquior Senator apud ſe haberet. Hæc eo anno geſta.

Lautreccus interim Prouinciam adminiſtrabat; Galliquè ſuperiorum temporum cladibus edocti mitius agere, cum ex Germania nuncij funeſti, ac læti ſimul allati, Maximilianum ex humanis exceſſiſse,& Carolum huius nominis Quintum, defuncti nepotem Imperatoris, orbis regimini ingenti Gallici Regis dolore ſufficiendum; non Inſubriam modum, ſed totum fermè orbem commouerè. Iam omnes diuinabant longè omnium præteritorum Carolum, potentiſſimum, ac maximè formidabilem euaſurum. Inerant ſummo iuueni dotes, quæ admirationis humanæ modum excedebant, quibus tot Imperia,ac orbes ſecunda Numina deſ-

tinauerant

tinauerant; vt non immeritò altera Europea potentia hunc Principem veluti fatalem ſuæ magnitudini perhorreſceret. Nihil intentatum reliquerat, vt ab eo eligendo auguſtales viros, familiari Gallico cœlo cura dimoueret. Tenueratquè triennium magna Cæſaris eligendi deliberatio. Et immani auro, quando aliæ artes parum procedebant, ſeptemviros nequaquam agreſſus, quia Carolum, Deorum, hominumquè conſenſus voluere Cæſarem appellari. Tàm ſanctum, ac incorruptum auguſtalium virùm iudicium ſequutus eſt vniuerſi orbis Catholici plauſus. Et maximè Inſubria feliciſsimo omine lætitia quadam inſolita lætata. Vt in Carolo aliquando eiuſquè magna ſtirpe, tantis caſibus iactata æternùm conquieſceret. Cæterum tantum bonum non ſine ingentibus turbis, ac motibus, quos celeberrimi Scriptores meminere, ne nimis efferremur haud quaquam Numina conceſſere. Pontifex itaque, qui numquam cum Gallo candidè fecerat, adeò ſemper in Italia eius gentis ſuſpectus fuit dominatus, cum Cæſare hoc anno fœdus occultum ferijt, de Francis communibus auſpicijs eijciendis. Senator Hyeronimus Moronus, cuius authoritas, cum ſumma erat apud omnes, tum ad demerendos mortalium animos ſingulari quadam felicitate preditus, ità Principum Inſubriæ ſuis artibus corda præparauerat, vt non ardentius aliud, quam Francicum iugum ex

ſuis

Digitized by Google

ſuis ceruicibus excutere præoptarent. Sed anno ante quàm hæc agerentur Bernardinus Buccha, & Hyeronimus Caſtillioneus ab Franciſco Senatorio faſtigio decorantur. Et eodem tempore increſcente audacia in Ticinenſi Academia, quod minimè mireris perpetuo ſtrepente marte ad eam cohibendam edictum vulgatum. Quòd cùm præclarum Chriſtianiſſimi Regis animum,& paternam quamdam beneuolentiam teſtetur hic ſubiectum legere, curæ non habeat Lector.

FRANCISCVS DEI GRATIA
FRANCORVM REX,
AC MEDIOLANI DVX, &c.

VNIVERSIS, & ſingulis præſentes inſpecturis Salutem. Ex cunctis legum Ciuilium, & Canonicarum voluminibus; nihil niſi probum, ac laudabile, & ſanctum decerpi poteſt. Æqua ſemper, & recta, iuſta, ac virtuti conſona ſuadent, vitia, & omne ſcelerum genus, peruerſoſquè mores improbant, & deteſtantur, ex quo maior nobis exurgit admiratio, quia à nonnullis annis citrà, permulti, qui in Gymnaſio noſtro Ticinenſi, ſub ſtudendi colore verſantur; ad inſuetos, ac indignos, ac à literarijs ſtudijs alienos habitus di-

uerterunt. Sumptis breuibus, ac militaribus veſtibus, ac ijs demiſsis, quas ſtudioſi, & literis incumbentes, ex maiorum inſtituto deferre ſolebant. Cum praeterea per vicos, & plateas, in ipſiſquè Scholis, & per Templa gladijs, & enſibus accincti proficiſcantur. Vt non Scholaſtici, ſed pedites, ſatellitesſvè eſse videantur: Et malis ſic ſe addicant moribus, fruſtrenturquè parentum vota, qui ipſos eò mittunt nullis parcentes diſpendijs, vt in viros euadant ſapientes, & virtutibus ornatos, ad quas adipiſcendas labore, & vigilijs, ſtudioquè, & diligentia, non armis, & leuibus actionibus, indecentiquè habitu opus eſt; Nec ignoramus quam plures nobiles, qui filios ad dictum Gymnaſium, ac nepotes mittere conſueuerant, ob id animum mutaſse, quia dubitarunt, ne pro virtutibus vitia, pro modeſtia temeritatem, & inſolentiam induant. Et ingenium, quod apud parentes ipſos mite demonſtrarunt, & ad probitatem pronum deprauent. Quam corruptelam peroſi: Sic enim decet nominari, & ipſi quantum in nobis eſt occurrere volentes, vt omnes intelligant condignam dicti nos Gymnaſij habere rationem, cupereque, & iuuenes ad ipſum proficiſcentes, benè inſtituti, morati reſurgant. Inuitentquè nos, poſtquam doctoratus ornamenta ſumpſerunt, ad dignitates, & honores in eos conferendos. Per has noſtras, quas vim decreti habere volumus, & in ſingulis Ciuitatibus noſtris, vt ad omnium notitiam perueniant, publicari ſtatuimus, firmamus, & decernimus,

vt poſthac Scholaſtici omnes, & ſinguli, qui in dicto Gymnaſio vacant ſtudijs, vel impoſterum vacabunt, in eòvè ſub colore ſtudendi moram trahent, veſtibus longis vtantur, ſequè omninò à breuibus, & clamidatis abſtineant, vt in habitu, & inceſſu grauitatem præſeferant, abſtineantquè pariter ab omni armorum delatione, & eorum famulos abſtineri faciant, ſequè tales præſtent, vt intelligatur ſe libris, & rationibus vſuros, & ſtudijs vacaturos, & non armis, & contentionibus, ſub pœna contrafacientibus Scholaſticis pro ſingula vice ſcutorum viginti Cameræ noſtræ, & amiſsionis prohibitarum veſtium, & armorum applicandorum executoribus, & Miniſtris Iuſtitiæ, famulis deferentibus arma trium ictuum funis.
Mediolani 5. Octob. MDXX.

HOC vltimum fermè in Inſubria operum illi Regi fuit. Et Principem ſanè omnis ætas canet bellica virtute præſtantem, prudentia, iuſtitia, beneuolentia, liberalitate: digniſſimum non Mediolani modò, ſed totius orbis imperio, ſi aliud Cœlum pro incunabulo habuiſset. Obfuit ergo Inuictiſs. Regi Galliarum fortuna, non animi magnitudo, non ſcientia militaris, cæterequè artes ſummi Imperatoris. Vt citrà aſsentationem illius ætatis Annibal iure meritò potuerit appellari. Ergo Pontificijs, ac Cæſareis copijs imperio Mediolanenſi, quod in oculis ferebat exutus

Digitized by Google

eſt. Reſquè noſtræ ad Franciſcum Secundum Sfortiam; alterum Ludouici Filium deuenerê. Cæterum ità in Italia Gallicas opes, ac potentiam Cæſaris Caroli auſpicijs magni nominis Duces, Leuæ, Columnij, & Piſcarij fregerè, vt in perpetuum ſapientes Gallorum citrà Alpinam dominationem deplorauerint, ac veriſsimum illud eſse, iam iuſti amplius ſeculi imperium comprobauerit, hoc ſolum haud aptum eſse, vel gignendis, vel alendis Lilijs eius gentis.

§§

HORATII LANDI

SENATVS MEDIOLANENSIS.

LIBER QVINTVS.

PVLSIS in præſentia Gallis, maxima tempeſtas, vt videbatur detonuerat; redierant res noſtræ ad legitimum Principem. Sed tetras, ac fœdas nubes in Inſubrico cęlo, maximarum calamitatum plenas, haud obſcurè mortales agnoſcebant. Ingentes iræ Gallicæ minimè poſuerant. Rexquè amiſsæ Inſubriæ dolore violentus, non die, non nocte quieſcere, Gallias totas fatigare. Cæterum ſolicitos animos non nihil lenauit fœdus Romæ ictum ad Gallum Italiâ arcendum, Summum inter Pontificem, Cæſarem, Archiducem Auſtriacum, Hiſpaniarum Infantem, Anglicanum Regem, Mediolani Ducem, Florentinam, ac Genuenſem Rempublicam. Et ipſi Principi noſtro ab hoc fœdere maxima lætitia dimanauit. Supplicationes de more habitę; illuſtriora patria Templa ad ſalutanda Numina,

mixti

mixti omnis generis mortales frequentarunt. Tot curis diſtentum Gallum,cum tot hoſtibus confli-ćturum, abſtinendum ſibi Italia eſſe in hanc ſententiam diſceſſurum,facilè quia ità cupiebant credere mortales. Franciſcus Dux noſter,veluti debellatum diceres, ſecundùm Senatum ampliſſimum Mediolanenſem abſoluere. Sed inſidioſa tranquillitas fuit, ſecutæ ſex annorum ſunt illæ clades, ac ærumnæ, quibus acerbiores, aut atrociores nequaquam Scriptores illorum temporum æquales meminerê. Anno etenim inſequenti horribiliorum bellorũ motu,quam anteà Italia,ac præcipuè Inſubria eſt concuſſa.Iuſtitium ex S.C.ob tantos motus eſt indictum.Modò dediti Gallis fuimus Cęſarianis modo,haud ſemel enormi auro ab venali Heluetico nos redimimus. Germani ſæpè ludibrium, ac Hiſpani pręda.Eaq; deſperatio rerum eſt conſecuta, vt multi mortales ex editis in vrbe Mediolano ſe præcipites darent, pars ſibi metipſis conſciſcerent manus,non nemo veneno ſe expediret.Ita per omnes lethi vias quotidie ab ſummis malis victi Inſubres mortalitatem explebant. Sed literas Senatus ampliſſimi cum ad Præſides Marliani, ac ſupremi Cancellarij Moroni gloriam præcipuè illuſtrandam, tum quia ordo auguſtiorem in ſpeciem paulatim reddebatur hic ſubijcere planè ad inſtitutum noſtrum ſpectat.

Conſti-

Conſtitutio, ac Ordinatio Senatus, ac Magiſtratuum Illuſtriſs. ac Excellentiſs. Principis D. Franciſci Secundi Sfortię Vicecomitis Ducis Mediolani, ac Barri, &c.

FRANCISCVS II. SFORTIA *Vicecomes Dux Mediolani, ac Bari, Papiæ Princeps, Angleriaq; Comes, ac Genuæ, Cremonæ, & Haſtæ Dominus. Debet homo vnuſquiſquè D.O.M. omnia, quia ab eo ex nihilo formatus, & præ cæteris animantibus, ad eius ſimilitudinem factus. Itaquè ſanctius dictum ſit animal, mentiſquè capacius altæ, ac quod dominari inter cætera poſſet, dicit ideò Philòſophus nihil excellentius eſſe homine, ſi ſe ipſum phiſiculetur, & Pſalmographus, eius aſtruens amplitudinem.* Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues, & boues, vniuerſa inſuper & pecora campi, volucres Cœli, & piſces Maris, & qui perambulant ſemitas maris.

Mirificè, & incomparabiliter debemus Nos præ cæteris, qui ab infantia ipſa varijs hucuſquè iactati caſibus, ac rerum diſcriminibus agitati, innumeris infortunijs, ac periculis non modo Dei manu, ex his vt ait Paulus, erepti ſumus, ſed cuncta patienter ipſius Dei gratia perpeſſi, profligatis dehinc imminen-

tibus

Digitized by Google

tibus vndiq; validiſsimis, & ferociſsimis hoſtibus, nobis, ac Patriæ noſtræ extrema minitantibus, ad Mediolanenſis Ducatus faſtigium euecti ſumus. Id autem factum eſt diuino præmiſſo inſtinctu, monitu, conſilio, ope, & viribus Sereniſs. ac ſemper Auguſti D. noſtri ſupremi D. Caroli Imperatoris Inuictiſsimi, & Hiſpaniarum Regis Catholici, cui poſt Deum omnia accepta referimus, & cuius humillimum nos ſemper ſeruulum fatemur, & perpetuum fatebimur.

Debemus & ſummoperè ſanctiſsimæ Sedi Apoſtolicæ, quæ authoritate, & ope ſua ampliſſima nos iuuit. Et propterea vltra ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reuerentiam, ipſi nos deditiſſimum, deuotiſſimum, & obedientiſsimum pollicemur.

Nec inficias ibimus excelſam, ſtrenuam, indefeſſam praſtitiſſe opem in iuuandis rebus noſtris inclytam ciuitatem noſtram Mediolanum, quæ hoſtium vehementer irrumpentium impetum nō timuit, ſed acriter ſuſtinuit. Quæ obſidionem conſtantiſſimè pertulit, quæ opes omnes, & ſanguinem expoſuit, quæ cum hoſtibus fortiſsimè dimicauit.

His omnibus condignum exiſtimantes, vt gratias, quas poſsumus Deo Omnipotenti referamus, cognoſcenteſq; nullum gratius, nullum acceptius beneficium offerri poſſe ſacrificio iuſtitiæ dicente Pſalmographo ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino, itē diligite iuſtitiā qui iudicatis terram; rurſus dilexiſti iuſtitiā, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus oleo

iuſtitiæ,

iuſtitiæ præ conſortibus tuis. Et cum Rex iuſtus ſederit ſupra ſedem, non aduerſabitur ei quicquam malignũ.

Proindè nos cogitatus omnes noſtros dirigentes ad viam iuſtitiæ, & æquitatis, quoniam firmi eſt propoſiti noſtri ab eis nunquam deuiare, cum in cunctis ordo dominetur. Aſſerente ſummo Philoſophorũ Platone, nihil poteſt eſſe ſine ordinis compoſitione, vt pro iuſtitia regenda cuncta procedant. Hac ordinatione, edicto, & Decreto noſtro perpetuo, & firma vim legis habituro. Ordinamus, ſancimus, edicimus, ac decernimus, quod vnus tantum ſit ſupremus Magiſtratus, ſiue ſuprèmum conſilium in toto noſtro Ducatu, & Dominio Mediolanenſi, & Mediolani continuam faciat reſidentiam, poſſitq; omnia, quæ ſunt iuſtitiæ, & æquitatis moderari, ac gubernare, & alia etiam tractare, ac terminare; quæ iam per Senatum ſolita fuere tractari, & terminari iuxta poteſtatem infra deſcribendam.

Vtq; honoratior, prudentior, ac conſultior ſit Senatus conſtituimus Senatores 27. qui in præfato Senatu munus obeant Senatorium. Quorũ ſint Prælati quinq; Equites nouem, & Iuriſconſulti treſdecim, & habeant ſecretarios ſeptem. Et dicti Senatores, & Secretarij fruantur, & gaudeant priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus, libertatibus, cõmodis, quibus præteritis temporibus Senatores, & Conſiliarij, ac Secretarij frui, & gaudere ſoliti fuere, ſintq; in dicto munere perpetui.

Vtq; munus huius Senatoriæ dignitatis, firmo ſemper vt ardenter cupimus, ſubſiſtat clauo, nec cunctis

fluctibus, ac procellis labefactetur, ordinamus quod vltra ſupra enumeratos Senatores vnus ſit Senator, qui Senatui præſit, & Senatus Præſes appelletur, qui tamquam alter Æolus, celſa ſedens arce cuncta inſuper vigili oculo, ac recto libramine circumſpiciens molliat animos, & temperet iras &c. Cum autem vti par eſt magno ſtudio ad Præſidem idoneum deligendum animum conuerteremus; nemo nobis occurrit, in quo deſideratus in huiuſmodi munere gentis ſplendor, auctoritas probitas, doctrina rerum vſus, æquanimitaſq; tantum concurreret, & cui maiorum ſuorum & propria in nos, & progenitores noſtros merita, cumulatiſſimè adeò accederent, ſicuti in Mag. viro, & conſumatiſſimo I.C. & Equite D. Joanne Franciſco Marliano. Is enim eſt quem totius Ciuitatis, & Dominij conſenſu iuris callentiſſimum in omni ſtudiorum genere doctiſſimum, in audiendis pertractandiſq; cauſis diligentiſſimum, in decidendis iuſtiſſimum, in his, quæ ad Reipublicæ moderationem pertinent expertiſſimũ licet appellare. Qui ad maiorum ſuorum imitationem, pro Sfortiadum nomine, & ſtatu nunquam dubitauit, fortunarum, & vita propria diſcrimina ſubire. Et cum in omni vita ſua tempore Illuſtriſs. & Excellentiſs. Ducibus Ludouico genitori noſtro, & mox fratri ea omnia officia magna ſedulitate, atq; incomparabili fide præſtiterit, quæ ad illorum dignitatem amplificandã, & ad ſtatus conſeruationem attinebant. Nuper etiam, vt eſt indefeſſi erga nos animi, cum ab initio ſtatus

recupe-

Digitized by Google

recuperationis, res adhuc noſtra titubarent, & aliquando etiam in magno diſcrimine eſſent; neq; ab vllo munere, vel labore abſtinuit, non periculis, diſpendijs ſui pepercit, quin potius conſilio, opera, ſtudio, omnibuſq; corporis, & animi conatib⁹ affuit, vt ſtatus initia firmarentur, vt pulſis hoſtibus pacato ſecuroq; dominio frueremur. Itaq; eumdem merito magnificum, & vndequaq; laude dignum virum in dicti Senatus Præſidem eligimus, ac deputamus.

At tamen etiam conſtat non minori ſtudio, atq; induſtria opus eſſe in viro deligendo, qui res arduas, ac difficillimas ad ſtatus conſeruationē, amplificationemq; pertinentes pertractet, ac tamquam fidiſſimus nauta clauū teneat, ne procellis, inſidijſvè incautè mergatur. Maiores itaq; noſtri vnum antè alios omnes à ſecretis virum deligere conſueuerunt, quem primum Secretarium nuncupabant, qui eis aſſiſtens in obeundis muneribus, tamquam Imperij cuſtos ex eorum voluntate ſtatum, & Rempublicam, & quæcumq; per Principem tractari contigebat accuratius adminiſtrabat, &c. Nos itaq; mutato Magiſtratus nomine, ſupremum ſtatus noſtri Cancellarium appellare volumus, & poſt multa, quæ congerit Dux.

Fidiſſimum, & longo tempore experti ſumus virū Mag. D. Hyeronimum Mororum Iuriſconſultum, Equitem, & Comitem, Senatoremq; noſtrum. Nam præter generis claritudinem ſingularem doctrinam, rerum geſtarum gloriam, ea eſt in rebus quibuſcumq; arduis,

ac difficillimis pertractandis experientia, & ita admodum ea omnia callet, ac longo vſu pernoſcit, quæ tum ad ipſam iuſtitiam, tum ad totius ſtatus ordines, ac ad fiſcales reditus pertinent, vt meritò dici poſſit nihil eum latere, nullius eum rei ignarum eſſe, atq; omniũ horarum hominem rectè nuncupari poſſe. Quod autem ad eius erga nos fidem pertinet frustra tentabimus explicare, quam rara, & incomparabilis exiſtat cum in aduerſa fortuna noſtra lubens aſſiduum ſe nobis præſtitit adiutorem, longũ exilium contemnens, fortunarũ amiſsiones nihili faciens, opes quã paucas ab hoſtium perſecutione ſeruauerat in rem noſtram exponens, conditiones ab hoſtibus oblatas ſpernens, nullis laboribus parcens, nulla etiam vitæ pericula timens. Cum autem nouiſsimè bellum pro ſtatus recuperatione gereretur, & is Commiſſarius noſter generalis eſſet munera omnia ſic obiuit, inſtando, conſulendo, agendoq;, vt eum non paruam victoriæ partem fuiſſe omnes fateantur. Adepta vero Mediolano vrbe, cum nouum vndequaq; bellum ingrueret, atq; is ipſe nobis adhuc abſentibus vices noſtras gereret, adeo modeſtè Rempublicam adminiſtrauit, adeo diligenter omnia, quæ ad defenſionem pertinebant præparauit, ac diſpoſuit, adeò intrepidè belli impetum ſuſtinuit, vt neſciamus an magis ex comparato, quam ex ſeruato ſtatu laudandus ſit. Ergo &c. ſupremum Cancellarium eligimus, ac deputamus &c.

Decet etiam vt eorum, qui à maioribus noſtris originem

originem habuerunt, & ex ſanguine noſtro Sfortiano procreati ſunt, dignitatis, ac amplitudinis condignam habeamus rationem, vt qui nouercante nobis fortuna exilij, ac ærumnarum noſtrarum participes fuerunt, nunc etiam recuperatæ priſtinæ dignitatis, non ſint expertes.

Quare volumus, ac decernimus, quod ſinguli, qui ex gente noſtra Sfortiana ſunt, aut in futurum erunt, cùm primùm ætatem xxv. annorum exceſſerint, etiamſi naturales tantum, & non legitimo matrimonio procreati fuiſſent, intelligantur eſſe, & ſint in numerum prædictorum Senatorum, & tamquam ordinarij Senatores inter alios ſedere poſſint, dummodo nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ad huiuſmodi munus exercendum apti, & idonei videantur, abſquè eo quod litteras à nobis, aut à præfatis ſucceſſoribus noſtris de huiuſmodi dignitate habeant, &c.

Debemus etiam plurimum nobiliſſimæ Vicecomitum familiæ, à qua linea materna Illuſtriſs. & Excellentiſs. q. Genitoris noſtri, & aliorum Principum, ab Illuſtriſs. & Excellentiſs. Duce, Auo noſtro Franciſco deſcendentium ortum habuit, tum propter ſanguinis coniunctionem, tum propter gentis ſplendorem, & inter alias Italiæ familias excellentiam, tum etiam, quia plurimi ex ea viri in lucem prodierunt, & nunc etiam eluceſcunt, qui cum propter eximias corporis, & animi dotes digni fuerint, ac ſint vt inter primates patriæ noſtræ haberentur, innumera etiã merita erga

nos, &

nos, & prædeceſſores noſtros adeò cumularunt, vt non ſine iniuria poſsimus eos aliqua ſpeciali nota, ſingularique prærogatiua non decorare. Quare volumus edicimus, vt in perpetuum in numero Senatorum noſtrorum, ſint duo ex ipſa familia Vicecomitum per Nos, & ſucceſſores noſtros eligendi, & per tempora in caſu vacationis ſubrogandi. Decet enim, vt ſicuti Vicecomitum familiam cæteris praſtantiorem eſſe conſtat, ità eamdem in hoc ſupremo dignitatis gradu anteponamus.

Datas Mediolani die xviij. Maij 1522.

FRANCISCVS.

Viſa:

Hyeronimus Moronus.

Bartholomæus Rozonus.

Digitized by Google

CÆTERVM hiſce literis, cum in tabularijs antiquis deſiderentur, fidem neque damus, neque abrogamus. Illud ſanè conſtat earum tempeſtatum chirographo, quas ad me nobiliſsimus iuxtà, ac erudiriſſimus Marchio Ioannes Maria Vicecomes, vnus dum hæc ſcriberem ex ſex Tribunis vrbanis, tradidit eſſe exaratas. Nec abhorret ab illis temporibus dictio & dubio procul ab aliquo cœnobita ſapit enim ſcriptio vbiquè concionem, & luxuriat faſtus ille Magiſtralis, fuere compoſitę. Verùm cum ſeptem, & viginti Patres electos dicant, ijquè minimè numerentur, quod erat totius operis momentum, ſubeſt ſuſpicio, ne fortè fruſtra cœnobita nouis ſubeuntibus bellis & recrudeſcentibus magis ac magis turbis, aliò diſtracto duce, deſudauerit. Cæterum huius anni Senatores ex varijs codicibus ab duce creatos ingenti planè labore hauſimus. Iacobus Franciſcus Marlianus Præſes. Patres. Michael Marlianus. Hyeronimus de Carcano, Ludouicus de Gallerate, Hyeronimus Petrobonus, Iacobus Philippus Saccus, Luchinus Cribellus Ludouicus Vicecomes, Paulus Petraſancta, Andreas Billius, Bernardus Buſtus, Franciſcus Taberna Benedictus Pellatus, & Ioannes Petrus Porrus, qui etiam ab ærario Ducali erat. Et eodem tempore Moronus ſupremus Cancellarius. Intereà Rex 1524.
Gallus non auſpicatò alpes tranſiuerat, ſua captiuitate ſummam gloriam Cæſarianis ducibus præbiturus.

biturus. Ticinum operibus clauſerat, cum annus vigeſimus quartus huius ſeculi, cum alijs cladibus inſignis, tum magna peſtilentia cęptus eſt numerari. Millia mortalium quinquaginta fęda lues in vrbe Mediolano breui conſumpſit. Orta ab Gallica prę-da, cum Abbiate oppidum Sfortiani expugnarent. Varia ſuppellex, vti fit, Mediolanum ab auido milite deportata, momento venenum vulgauit. Et inſueta ſtrages omnino viſa, ad cuius declarandam magnitudinem, magnam illam peſtilentiam annales appellarunt. Per idem tempus peſtis indiuidua comes, ſumma annonæ caritas, ac propè inopia in vrbe. Nihilquè ad arcendam calamitatem, quod humanis remedijs prouideri poſſet, deſitum eſt ab miniſtris ducalibus: adeò fermè humanæ omnes miſeriæ, ſolatij alicuius patientes videntur, præter ſupremum mortalitatis telum famem. Dum Mediolani annonæ conſulitur, impigrè Cæſariani duces Ticini bellum gerebant. Nobiliſſimis eruptionibus obſidionem illam minimè morituram ſubindè illuſtrabant. Cæterum vniuerſam circumuallationem infractamquè Ticinenſium vſquè ad miraculum fidem, cum alij Scriptores memorarunt, tum inter cæteras, hanc etiam curam liberè relinquemus Iuriſconſulto Hyeronimo Boſſio Ticinenſi viro eruditiſsimo, in patria celeberrimo dicendi interpreti, qui volumina propediem octo de rebus ſuæ gentis vulgabit. Sed nihil eſt in humanis diffi-
cilius

cilius, quam inoffenſo pede viuere, & ſecundam fortunam pati. Sfortia, qui ſecundùm numen ab Cæſare imperium acceperat, ſiue vanis, ſiue veris de cauſis apud Imperatorem proditionis fuerat in ſimulatus. Et quidem laborarunt fama celeberrimi alioqui nominis viri. Sfortiam, Moronum, & aliquos vrbis principes inter ſe coniuraſſe manauerat de Cæſarianis vno tempore obtruncandis. Cæterum patefacta res ſontes, vt dicebatur, cuſtodiæ traduntur. S.Cancell. Moronus in arcē tritienſem ducitur, in eius locum Marinus Carracciolus ſufficitur, & Sfortia præcipuas ſui imperij vires Cæſarianis præfectibus tradere iuſſus, in Iouis arcem ne quid grauius conſuleretur, ſe recipit. Interea omnium mortalium curæ in Ticinenſem obſidionem verſæ erant. Ipſemet Rex Franciſcus in caſtris illius vrbis adeptionem haud dubiè dignam labore regio exiſtimare. Obſeſſi, prudentia, fortitudine, & inuicta leuiana virtute, æqua, & iniqua ingenti animo deuorabant. Iamq; ad vltimum inopiæ ventum erat, cum iam victori Regi longè clariſſimæ vrbis deditionem gratularentur. Sed magnam lætitiam gallicani Principis triſte inſomniū turbabat. Per quietem ſuos equos bibere ad fontem in Hiſpanijs viderat, Quam rem vates fallax hominum genus in lætum auſpicium traxerant. Subacta ſcilicet Italia in illis etiam regionibus ſua victricia vexilla gallum explicaturum. Cæterum

in ſomnium veritas ſecuta eſt debellato rege ac fuſo exercitu ea die quæ Mathiæ Apoſtoli feſto illuxit anni milleſimi quingẽteſimi vigeſimi quinti paucos poſt dies captiuus in Hiſpanias deductus diu inter exempla humanæ viciſſitudinis fuit. Tam inſignis victoria parta ab Cæſare, qua tot hoſtiũ millia ceciderant vna cum ipſius regis captiuitate, haud eloqui poſſumus, quàm latè finitimos ac Italiam vniuerſam perculerit. Sfortianos imprimis terror ingens ſtrauerat, deploratum iam eſſe imperium, niſi ſummis deprecatoribus adhibitis, locum aliquem miſericordiæ in clementiſſimo imperatore inuenirent. Ferox ac victor exercitus Mediolanum ab Ticino ductus: diceres vrbem datam ad dirripiendum. Mixta omnis colluuies Germanorum, Hiſpanorum, & Italorum ex libidine ciues exercuere. Et quidquid pretioſi & opulenti in diuturnis bellis ab perennibus incendijs ciues ſubduxerant, illud paucos intra dies per ſummos cruciatus ac dolores vt non acerbiora ab hoſte pateremur crudelis auidusq; miles egeſſere. Sed anno inſequenti Dux Barbonius, qui ex hiſpanijs cum imperio ab Cæſare miſſus, nonnihil ſummas & acerbiſſimas calamitates ſubleuare videri. Extat lacrimabilis illa oratio, qua principes viri vrbis vſi ſunt in ſordida veſte ad excitandam in Borbonio pietatẽ. Cæterum gallica fide habiti, licet immane aurum perſoluerint in ſtipendium militi. Nihiloſetius

eductus

eductus ex vrbe miles deuouit ſe Borbonius, qui illud perſãctè admota manu altaribus virauerat iuſtæ numinis vltioni, vt primus in vrbis terrarum Principis excidio ſceleratæ expeditionis imperator, glādea plumbea ictus, effunderet cum ſanguine vitam, proditionis humanæ ac diuinæ triſte ac ſuperbum Caietæ monumētum. Exitu huius anni Franciſcus Sfortia Mediolanenſem arcem certis cōditionibus Cæſarianis dedidit. Et cū iam nihil Cæſaris fortunā moraretur ad res vrbanas cōponendas ac præcipue æquitatis, cuius veſtigiū aliquod vix tāta, totq; bella relinquerant pijſſimus imperator animū adiecit. Ea cura Borbonio demandata, qui anno illius ſeculi milleſimo quingēteſimo ſeptimo idibus Ianuarij nouū Cęſareum Senatū vulgauit. Ex tabularijs ſyncere desūptas literas hic ſubijcimus legēdas.

ERECTIO MAGNIFICI SENATVS Cęſarei Mediolanenſis per Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Carolum Ducem Borbonij &c. Cæſareæ Maieſtatis locum tenentem, & Capit. generalem in Italia.

CAROLVS dux Borboni Cæſareæ Maieſtatis in Italia locum tenens & Capitaneus generalis &c. Vniuerſis has noſtras inſpecturis ſalutem &c. Inter omnes virtutes, quibus mortales vacare decet, iuſtitiam ſem-

Digitized by Google

per cæteris anteponendam putauimus, alia enim illis, qui eas amplectuntur tantum proſunt. Hæc autem diuina virtus omnibus auxilio adeſt; & re ipſa iam compertum habemus nullam ciuitatem, nullius dominium, aut conatum, nullam deniq; rem, ea ſublata, diuturnam fuiſſe. Quapropter, qui rerum potiuntur, & qui in eccelſo vitam agunt, eam maximè fouere debent, ſi Regnorum ſuorum & dignitatem, ac amplitudinis diuturnitatem, & gloriam pariter maximam aſequi cupiunt. Nos ergo, qui ſemper hanc voluntatem præ nobis tulimus, cum in Italiam Cæſaris auſpicijs appuliſſemus, non ignari quantis fluctibus Inſubriæ ciuitates, & oppida agitata fuiſſent, propter bellorum quaſi reuiuiſcentium ſingulo anno impetus, vaſtationes, & direptiones. Quæ mala nonnullos incolas, propter ſcelerum impunitatem, nulla habita ordinum, legum, & iuſtitiæ ratione prauos reddiderunt, ſtatueramus tandem, ſedatis bellis, iuſtitiam quam proſtratam, & perculſam bellorum ipſorum impetu iacere ſentiebamus, reſtituere ac Cæſaris, & ſubditorum pariter vtilitati, noſtræq; gloriæ conſulere. Quod omnino in ipſo aduentu noſtro præſtitiſſemus, ſi licuiſſet per ingentia, & grauia bella, quæ nos venientes exceperunt, & maioribus ad hanc diem implicitum negotijs, & curis habuerunt. Nunc verò cum victoriæ initium, deo fauente conſpiciamus, ſi adhuc & magna belli pars perficienda reſtat, nonnullaq; huius dominij vrbes, & oppida in hoſtium poteſtate etiam exiſtant,

quibus

Digitized by Google

quibus recuperandis nos curam impendere opportet, tamen pro temporum neceſsitate ſtatuimus aliquos magiſtratus conſtituere, qui interea ius ſubditis reddant, donec perfecto bello, & pacatis rebus, melius eiuſmodi rei operam, & animum noſtrum adhibere poterimus. Et quoniam in omnibus regnis dominijs & prouincijs non ignoramus Senatum cæterorum magiſtratuum & ordinum, quaſi lumen quoddam exiſtere, hũc imprimis ordinem erigentes ſancimus, decernimus, ac ordinamus Senatum in ducatu, & Dominio Mediolanenſi infraſcriptorum magnificorum Præſidis, & Senatorum numero comprehendi videlicet. Præſes magnificus I. C. D. Hieronymus Caſtilionæus. Milites &c. D. magnifici Franciſcus Vicecomes Comes Ludouicus de Barbiano de Belzoioſo, Galleatius Biragus, Iacobus de Gallarate I. C. D. magn. Ludouicus de Gallerate, Ludouicus Vicecomes, Franciſcus Sfondratus, Ludouicus de Bracamonte, Franciſcus Lampugnanus, Vincentius de Paride, Io: Maſſonerius de Brinonia, Ioannes Franciſcus della Cruce, Hieronymus Archintus, Ludouicus Curtius, Signorolus Homodeus, Ludouicus Ciconia.

Dantes & concedentes prædicto Senatui, authoritatem, & poteſtatem decreta Cæſarea, ſeu ducalia in hoc dominio per retroactos Principes, & Duces edita confirmandi & infirmandi, & tollendi, & dandi & cõcedendi quaſcunq; diſpenſationes, ſtatutorum & prouiſionum confirmationes, habilitationes, temporum proro-

prorogationes, in integrum reſtitutiones & vltra præmiſſa omnes alias prouiſiones iuſtitiæ in dicto Ducatu, & Dominio Mediolani. Volumus quod idem Senatus poſsit contra ſtatuta & prouiſiones per retroactos Principes, & Duces, factas diſpenſare, ac lecturis vniuerſitatis gymnaſij Ticinenſis prouidere, legẽteſq; & ſtipendia eorum, ſiue ſalaria eorum diſtribuere & confirmare ſicut expedire cognouerit, & alia in præmiſsis facere, quæ præcedens Senatus conſueuit.

Similiter dictus Senatus eliget ſingulo anno Præfectos ſanitatis, accedente tamen prius noſtro, ſeu vices Cæſaris, & noſtras in hac ciuitate gerentis conſenſu & voluntate, & alias prouiſiones faciet circa peſtem ſedandam, & tollendam, quæ ante fieri conſueuerunt, & erunt opportuna.

Cæterum cognoſcet Senatus ipſe de cauſis arduis inter ſubditos totius dominij videlicet Comitatuum, Marchionatuum, & quorumcunq; feudorum quando lis aut contentio oriatur inter Cæſareæ maieſtatis Fiſcum, & præfatæ maieſtatis Vaſſallos, ſeu inter ipſos Vaſſallos. Similiter de omnibus cauſis magnis vbi res de qua agetur aſcendat ad ſummam mille ducatorum annui redditus.

Cogneſcet etiam de cauſis appellationum a ſententijs definitiuis, vel interlocutorijs vim definitiuam habentibus, quæ per magiſtros reddituum Cæſar Maieſtatis aut Præfectos Annonæ, aut ſalis, aut collateralis ferentur, illis tamen ſemper exceptis, quas ſuper

calculo,

calculo, ſeu circa bona, & pecunias, quæ immediatè Fiſco & cameræ Cæſareæ ſpectare prætēdātur, a quibus nullo modo poſſe appellari volumus, atq; ita decernim⁹.

Cognoſcet etiam dictus Senatus de approbatione, & confirmatione literarum Cæſareæ Maieſtatis, & noſtrarum donationum, remiſſionum, indulgentiarum, priuilegiorum, & gratiarum tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & eas vel approbabit, vel limitabit, & reſtringet, prout è re Cæſaris aut publica eſſe cognouerit, & propterea volumus quod literæ omnes prædictæ præſententur Senatui, per impetrantes ipſas literas, ſeu priuilegia per ſe, vel eorum legitimum procuratorem, & petere approbationem ſeu interinationem illarum in publica audientia, infra ſex menſes à die datis, & a die impetrationis, ſed quoad literas indulgentiæ remiſſionis, aut abolitionis alicuius criminis, teneantur impetrantes illas perſonaliter & non per procuratorem preſentare, nec illis uti poſſint ad euitandum proceſſum, vel iudicium niſi prius in Senatu præſentatæ fuerint. Quas, quatenus per Senatum non approbentur, aut confirmentur, nullius firmitatis & effectus eſſe volumus, immo eas tam conceſſas, quas concedendas decernimus omnino irritas, & inanes, a pro nullis, & irritis ſemper haberi, ac ſi nunqua conceſſæ fuiſſent.

Habebit curam idem Senatus eligendi ſyndicator. ad ſyndicandum officiales Iuſtitiæ vt fieri ſolitu. fuit, & ſyndicatores ipſi facto proceſſu illum in Senatu refe-

tu referent, qui re intellecta prouidebit.

Ordinamuſq; & decernimus, quod decreta, ſententiæ, ordinationes, & prouiſioues, quæ fient per dictum Senatum non obſtante appellatione, ſeu prouocatione, aut nullitatis dictione ſuum ſortiantur effectum, quia nolumus ab eis quouis modo appellari, aut prouocari poſſe, vel de nullitate dici. Volumus tamen & ordinamus, quod condemnatus per ſententiam decretum ſiue prouiſionem memorati Senatus poſſit termino a iure præfixo coram eodem Senatu recurſum habere, reuiſionem petere, & poſito prius iudicato ſiue executioni miſſa ſententia, decreto vel prouiſione poterit literas reuiſionis impetrare, quas Senatui præſentabit, & priuſquam ad reuiſionem procedatur teneatur idem condemnatus deponere realiter ſcuta centum auri penes vnum ex ſecretarijs per Senatum eligendum, quæ Cæſareæ Cameræ applicabuntur, vbi ſupplicans reuiſionem petens in cauſa nec cubuerit.

Damuſq; præſ. Senatui authoritatem cauſas criminales audiendi, & pertractandi, tam contra Iudices ordinarios, aut delegatos, quam contra priuatos, aut feudatarios, & eorum officiales, ſiue de pœnis corporalibus, ſiue de bonorum confiſcationibus nondum declaratis tractetur, audietur præfatus Senatus relationes Iudicium ordinariorum, & delegatorum, feudatariorum, & officialium ſuorum, ac etiam Fiſcalium petitiones in dictis rebus criminalibus, tam oretenus, quam in ſcriptis, & quid de reis conſtitutis, & carce-

ratis,

ratis, etiam de abſentibus, & contumacibus agendũ ſit, ordinabit facietq́; omnes prouiſiones in quocunq́; caſu criminali, quæ ei pro iuſtitia & æquitate opportuna videbuntur, quæ omnia vim ac robur idem habere volumus, ac ſi per Cæſaream Maieſtatem, aut nos ipſos decreta eſſent; nollumus tamen quod præfatus Senatus literas gratiarum, indulgentiarum, ſalui conductus, ad nouas defenſiones paſſus licentiarũ, nec alias quaſcumq́; literas, quæ remiſsionem delictorum, aut criminum, aut alicuius gratiæ, & caſſationis proceſſuũ criminalium vim ſapiant dare poſsint. Quoniam eiuſmodi conceſsiones nobis ipſis reſeruamus, volumus etiam quod præfatus Senatus cognoſcere, & intromittere ſe non poſsit in cauſis rebellionis, vel abinde dependentibus ſine noſtra ſpeciali commiſsione.

Erunt autem ad præfatum Senatum infraſcripti Secretarij D. Julius Cattaneus, Franciſcus Gubernatus, Jacobus de Robbio, Princiuallus de Monte, Bartholomæus Litta, Io: Antonius Tancius, Roccus de Quadrio, Iacobus Cattaneus, Hieronymus Bertholius.

Et quia multum Cæſaris & noſtra, qui illius vicem gerimus intereſt, vt aliqui ſint qui rerum Fiſci eiuſdem curam habeant. Propterea infraſcriptos eligimus Aduocatos videlicet.

Spectabiles Dominos Franciſcum Craſſum, Ludouicum Moreſinum, Blaſium de Mirabel.

Egregios procuratores, & ſyndicos Dominos Io. Petrum de Bononia, Jo: Georgium Caſtanũ, Bertholinũ Frigerium.

Volumuſq; quod præfati Senatores, Secretarij & Fiſcales fruantur, & gaudeant, priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus libertatibus, & commodis quibus præf. Senatores, Secretarij & Fiſcales frui, & gaudere ſoliti fuerint, temporibus retroactis tam de conſuetudine, quam de iure.

Quæ omnia & ſingula vt ſupra ordinem ſancimus & mandamus inuiolabiliter obſeruari. Jn quorum teſtimonium præſentes fieri iuſsimus, noſtriq; ſigilli impreſsione roborari, propriaq; manu noſtra ſubſcripſimus. Dat. Mediol. die 1. Ianuarij MDXXVII.

Charles.

V. Edunenſis.

Per Illuſtriſs. D. Ducem locum tenentem ad mandatum proprium.

Politianus.

SEquitur ergo Marlianum Præſidem Hieronymus de Caſtilionæo Brandi Senatoris filius & ipſe iàm antea in Senatum lectus. Sed Marliani memoriæ hunc titulũ, qui sũmi viri ingeniũ & felicitatẽ indicat anno nonageſimo quinto ſuperioris ſeculi Paulus Camillus Marlianus Buſtij Comes adhibuit, in tẽplo magnę matris Pacẽſis Mediolani.

Io: Fran-

Jo: Franciſco Marliano Ant. Senat.
Et à conſilijs Ducum Mediolani filio
Equiti aureato Oratori J.C. Senatori.
Conſiliario legato ad Maximilianum Cæſarem
Senatuſq; Præſidi
Paulus Camillus Marlianus Buſtij Comes
Anno 1595.

BOrbonius dicto Senatu iuxta Cæſaris mandatum, Hieronymum Moronum ſupremum Cancellarium in arce tritienſi captiuum, quàm honorificentiſſimè abſoluit. Literarum partem ad tanti viri gloriam hìc ne grauetur lector percurrere. *Animaduertimus præterea eiuſdem Comitis Moroni præcipuas animi dotes, ingenij acumen, longum rerum arduarum, & grandium vſum, animi fortitudinem, & inuiolabilem erga eos Principes fidem, quibus aliquando ſeruitutem ſuam obtulit, & dicauit &c. Acceſſit præterea vt in præſentibus rei pecuniariæ difficultatibus, is ipſe Comes Hieronymus de notabili pecuniarum quantitate, nobis ſubuenerit, & ſubuenturus eſt &c.* Ità confecta prouincia Borbonius ad inuadendam vrbē Romam proh' horror pergit. Et Alexandria, & Ticinū ab Gallis lautrechij ductu & auſpicijs vltimùm capiuntur. Sed ab Cæſarianis cum magna hoſtium ſtrage momento recipiuntur. Demum victores iuxta & victi fatigati anno

huius ætatis milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono Bononię Cæſar Franciſco II. Sfortiæ ignouit, eiq; certis cõditionibus inſubrici imperij diploma tradidit, vel iam antea datum confirmauit. Hunc
1529. finem habuit hic annus verè inter paucos Inſubriæ memorandus, ex quo alta pax ſeculi amplius integri poſſet numerari, niſi auiditas, & aliæ malæ artes feliciſſimè magni Cæſaris auſpicijs cœptam rem, nobis iure merito numine indignato corrupiſſent. Patres ijdem fermè Curtius tantum mortuus & in eius locum Michael Maldura ſuffectus. At Cæſar compoſitis Italiæ rebus in Hiſpanias enauigauit. Et Sfortia tota ciuitate ad habendos honores effuſa incredibili amoris ſignificatione Princeps tantis tot caſibus iactatus iterùm paternum imperium Caroli munificentia recepit. Prima & ipſi cura Senatum ex ſuo marte eligẽdi. Ordinis Principem Iacobum Philippum Saccum Alexandrinum creat fœcundã huiuſmodi honoribus gentem. Franciſcum Tabernam, Ioannem Baptiſtam Specianum, qui etiam rebus capitalibus præfectus erat, Scipionem de Vegijs Ticinenſem, Ægidium Boſſiũ, Paulum Petra ſanctã, Ludouicum Porrum, Franciſcum Schonoanum, Iulium Viuſtinum, Io: Maſſonerium, Alexandrum Amanum, Fabium Caſtellanum, Philippum Caſtilionęum, Ioannem Lampugnanum, Io: Angelum Opizzonum Ticinenſem, Georgium Gazzum Cremonenſem, Gabrielem Florentiam prothonotariũ
in

in Senatum legit. Qui omnes ferme patres ad annum trigeſimum quartum huius ſeculi perdurarũt. Hoc anno S. Cancell. Moronus Sfortianæ ſemper 1534
columen rei deſijt. Magnus vir ad omnia ſumma verè natus,qui ſui ingenij acumine,prudentia,dexteritate, facundia, fortuna vel ipſos orbis dominos perterrefecit. Fiſcus,Senator,S.Cancell.caſtris cum imperio præfectus,Princeps ferme imperator, Dux Inſubrum fuit. Diamans Marinonus I.C.Collegij iudicum Mediolani, qui fluctuantis ſeculi tempeſtates,in tutiſſimum cucullatorum portum commutauit, inter cæteras nobilitate præſtantes familias Mediolanenſes, de Morona ſic loquitur. *Ex hac gente maxime ætate noſtra floruit Hyeronimus Moronus J.C. acumine ingenij rariſsimus,cuius conſilio pulſis gallis Inſubrum imperium Franciſco II.Sfortiæ reſtitutum,donec vixit ſemper conſeruatum eſt. Hic filios inter cæteros Ioannem reliquit, quem nunc mira ſanctitate, atq; alijs eximijs animi virtutibus præditũ inter purpuratos patres, & Bononiæ legatum ætas noſtra videt, patria geſtit & omnes admirantur.* Situs eſt in Ducali Eccleſia Scalenſi Mediolani. Sed tantæ domus,vt ſunt quæq; humana,ſplendor,ac dignitas fermè virili ſtirpe cõſumpta ad Annam Comitis Hieronymi S. Cancell.nepotis filiam,matronam non tam auita nobilitate quam magnis virtutibus, incomparabili pudicitia, pietate, prudentia illuſtrem redacta eſt. Hæc iam antè vigeſimum annum

num

num Comiti Conſtantio Tabernæ eximia indole equiti nupſit. Gentilis Morona opulētia & cognomētum, familiari rerum humanarum ludo, Tabernæ domui ceſſerê. Cæterum non nemo adnotauit hoc connubium peculiari quadam indulgentia numinis factum eſſe. Vt duorum ſummorum Cardinalium, & ſupremorum ſcrinij magiſtrorū opulentia, ſplendor, inſigneſq; tituli in vnam domum peruenirent. Morono Franciſcus Taberna Senator ſucceſſit, in iſtius locum Marcus Barbauaria ſuffectus. Sed vnius hominis vitam Inſubricum imperiū duraturum videbatur. Prolis prouincia egens erat, nullius connubio iunctus Sfortia ſolitudinem lacrimabilem breui minabatur. Aula ipſa nouarum rerum ſemper cupida ardentiùs nihil optare, quam vt ſuus dominus, quem humani caſus adeo turbauerant, auſtriaca potentia, ac benignitate portum in ſumma tempeſtate nactus, in alicuius regiæ puellæ ſinum tot curas, ac ærumnas effunderet aliquando. Et penes Franciſcum Sfondratum, Cardinalem futurum, inclytumq; ſummorum Pontificum parentem Senatorem tantæ rei gloria ſtetit. Hic sereniſſimæ Chriſtiernæ Caroli V. neptis, Regis Daciæ filiæ nuptias cum Franciſco Sfortia feliciſſimè conciliauit. Momentumq; ingens Sfortianis rebus additum tam grandi connubio credidere cuncti mortales. Et ipſe Princeps literis ad Senatorem Gazzum compoſitis, cum lætitiam ſui ingentem, tum amo-

rem

rem præcipuum in virum eſt teſtatus. *Tenemmo per certo vi debba eſſer ſtato gratiſsimo hauer' inteſo il matrimonio noſtro, perche in ogni tempo ſete ſtato deſideroſo dell'honore, commodo & ſtabilimento noſtro. Così vi ringratiamo, dicendoui che ſperiamo ſotto l'ombra della Ceſarea Maeſtà, mediante etiam dio detto matrimonio le coſe noſtre, & dello ſtato noſtro debbano pigliare meglior forma di quella è ſtata ſino al preſente. Dio vi conſerui xv. Luglio 1534.*
Itaq; annuente Carolo, tota Inſubria ne dum vrbe Mediolano plaudente in Iouis arce Quarto nonas Maij ab Franciſco Secundo Sfortia Mediolani Duce, coram Mantuano Cardinale Pontificio legato, Antonio Leua, varijs Principum oratoribus in magna aula nuptiæ celebratæ, illa pompa, quæ facile regum huius tempeſtatis ſupergrederetur. Sub idem tempus multi Senatores diem obierunt, & recentes ſuffecti. Ioannes Angelus Arcimboldus, Cæſar Triuultius, Hieronymus Cuſanus, Ludouicus Piola, Tideus Oldoinus Prętor Mediolani, Gualterius Corbetta, Paulus Arrigonus, Franciſcus Caſatus Clericus, Thomas de Ruſchis, Dauid Ottolinus Senator, ac Prætor Alexandriæ, Ioannes Baptiſta Raymondus S. ac Prætor Laudæ, Bernardus Sanſonus S. ac Prætor Nouariæ, Aloyſius Clarus, Hieronymus Carcanus. Hiq; ſupremi ſub principe Sfortia Senatores extiterē. Iam ab facibus nuptialibus ad funereas infeliciſſimus Dux opthalmia laborans aduola-

aduolabat, iam ſupremis neſciens appropinquabat. Itaq; altero anno quàm vxorem duxerat, vix aliqua quiete ab perennibus curis delibata, incredibili cõiugis & ſubiectorum dolore breuitatis rerum humanarum & ſæuitię illuſtre monimentum nonò calend. Nouẽbris anni 1535: vltimus Inſubriæ princeps expirauit. Elatus ſuperbiſſima pompa, laſciuiens in huiuſmodi rebus ſeculum illud. Senator Gualterius Corbetta principem in funere laudauit. Enituit in Sfortia excellens ingenium, promptus ſermo, & ad captandas mortalium mentes mirabilis. Suos vnice diligebat, & ad ſupremos honores in patria admouebat. Supremiſq; tabulis Cæſarem exorauit, ne ad rationes reddendas quiſq; ve[illegible]i fit ex ſuis cogeretur. Cæterum ex ſummis curis confectum tantum Principem extractũ cor pene diminutum, vt de Feriano Duce annis ſuperioribus fidem fecit. Coniugi Vigleuanum legauit, reliquum imperij Cæſari.

In ſacra maiori æde penſili
in tumulo tumulato
hoc Eulogium
adhibuerê
illius ætatis ingenia.

QVID

Quid me deſles Inſuber

Miraris Aduena.

Conditur in hoc marmore verè vltima

Inſubriæ Ducum ſtirps.

Quæ ab infantia, profuga, adulta ab hoſtibus

nè ab amicis, Hiſpanis, Germanis, Helueticis

Per varios caſus iactata

In medio ætatis flore, ſi æuum ſpectes

prouecta ſi ſexcentas curas, hic tandem

Quieſco.

Valete Cæſares & Reges heredes.

Superbum, ſed leue ſolamen.

In Franciſco incæpit, deſijt in altero.

Legitimus Inſubriæ Dominatus.

Sfortia ſecundus condor.

Abite.

Anno MDXXXV. IX. Cal. Nou.

Digitized by Google

IVſtis perſolutis Duci S. P. Mediolanenſis Antonium Leuam clarum tot victorijs principem pro Cæſarem dixere. Inſubrumq; iudicium ſuis è veſtigio Imperator confirmauit. Verum anno inſequenti Cardinalis Carracciolus Leuæ ſuccedit, & Marchio Vaſtenſis in Italia Cæſareus Imperator. Patres & præſes iijdem. Niſi quod eo anno Aloyſius Clarus, & Luchinus Cribellus eſt mortuus. In ſacro Pacenſi templo Mediolani Clarus eſt ſitus. Hoc Eulogium ſepulcrale maior Patre filius Iulius Senator & ipſe poſuit.

Aloyſio Claro
Alexandrino Iuriſconſulto
Prat. legato Fiſci Aduocato
Senatori.
Qui vixit ſine crimine Ann. LXV.
Obijt XIV. Calend. Febru. Anno 1537.
&c.
Camillus I.C. & eques ac Iulius
Filij Parenti optimo
fecerunt.

Luchinus in ſacra pagi neruiani æde Monachorum S. Victoris quieſcit hoc Eulogium Magdalena vxor Braſça viro adhibuit.

LVCHINO

LVCHINO PET. F. CRIBELLO

Iureconſ. equiti auro Donato,
SENATORI, Ticinenſis
Academiæ Conſeruatori,
Cremonæ gubernatori,
ad Elueticos pro Lud. Max.
FR. II. Ducibus legato.
Patriæ conſeruatori & propugnatori
acerrimo, Sen. toga, & armis
illuſtri. Ne tanti ciuis dulcis
apud ciues ſuos periret memoria;
Magdalena vxor Braſca P. Fr. Cribelli
Parui, & vnici filij mater, & tutrix
H. M. P.

IAM Inſubria tot cladibus ac bellis diuturnis afflicta ab magna Cæſaris felicitate reſpirabat. Marchio Vaſtenſis ob Carraccioli obitum, res noſtras adminiſtrabat. Primuſq; omnium officinam monetariam locauit. Idemq; de reſtringendo cultu fœminarum & virum legem tulit. Ne quis vel fœmina verſicolori aut aurea vel argẽtea veſte vteretur. Operaq; phrygia omnis generis ſub grauiſſimis edictis interdicta. Quin immò immoderatum luxum in funeribus cohibuit, ne quatuor ſupra viginti intorſtitia vel illuſtrium virorum funera excederent. Sed hæc & alia id generis in opulenta ac libera ciuitate antiquãtur. Interea ordinis Princeps pro hos dies ex humanis exceſſit, Philippus Caſtilionæus familiare iam genti decus demortuo ſubrogatur. Et Franciſcus Craſſus, quem magni nominis Cardinalem venerata eſt ętas Claro ſufficitur. Sequitur deinde annus maximè inſignis primo Cęſaris in vrbem Mediolanũ ingreſſu. Senatus eques violaceis ac ſericis togis indutus ingredientẽ Carolum vltimus præceſſit, biniq; famuli a pedibus veſtitu conſimili fulgentes ſingulos in pompa comitati patres. Cæterum paucos in vrbe moratus eſt dies, qui ſcilicet Affricam, magnamq; Carthaginem Scipione maior, ſi euentus & venti reſpondiſſent, animo conciperet Imperator. Hæc inter Hermes Stampa, Alexander Vicecomes, & Vincentius, Falcutius, Speciano, Boſſio, & Archinto demortuis

tuis ab Cæſare ſufficiuntur. Specianus in Pacenſi, alter in Incoronato, Archintus ſydere afflatus, in Euſebiano templo quieſcunt.

Jo: Baptiſta Speciano
I.C. Senatori rerum capitalium Præfecto perpetuo
Cæſareiq; exercitus legato
Poſt multarum vrbium Prouinciæ Præfecturas
Honorificentiſsimas legationes
Reſq; præclariſsimas in toga & armis geſtas
Summo cum omnium mœrore mortuo.
Anno 1545. IV. Calend. Nouembris.
Cæſar Epiſcopus Nouar. in Hiſp. Nuncius Apoſtol.
Et Sfortia Abbas.
P.

Ægidio Boſsio I. C. maximo
Qui ſex annis celeberrimus Fiſci Patronus
x. & nui 1. clariſsimus Mediol. Senator floruit
Vxor & 1115. ſuperſtites filij
Patri bene mœrenti mœſtis S. P.
Natus annos 58.
Anno 1546.

Hiero-

Hieronymo Archinto
J. C. Cæſareo Senatori.

Inuidit fortuna tuis virtutibus & te
Sydere percuſſum ſuſtulit ante diem.
Præcipitant ſic fata pium nec proficit eſſe
Gloria ſola ſuper, ſolaq; fama manet.
Robertus ſuperſtes
fratri optimo
Anno M. D. XLII.

DVm latos claμos variæ commune fatum pari viciſſitudine ludit, (ita hæc humana alternant) in ſummis imperatoribus. Alphonſus de Aualos in Inſubria proCæſar ab ſexcentis pugnis memorandus Vigleuani ſupremã diem adit. Lexq; quam ipſe olim tulerat, de choibendo funerum luxu & libidine, non alias magis quam in ſuo abrogatur. Etenim longè omnium ſuperbiſſimas principis iſtius exequias, quæ cum Triuultijs in ſania certarent, fuiſſe multi tradidere ſcriptores. Fernandus Gonzaga cũ imperio Mediolanum venit; vt plane videretur Inſubria non niſi ſummorũ virum magni Cæſaris iudicio prouincia. Ioannes Baptiſta Schitius Cremonenſis, Iacobus Pirouanus, Paulus Bertius Ticinenſis, P. Antonius Marlianus, Ioannes Barrahonus, & Nicolaus Bellonus, qui altero

tero anno fato conceſſit, ob lampugnani, Amanij, Porri, Viuuſtini, Manſonerij obitum in Senatum leguntur. Principio anni inſequentis Comes Camillus Borromæus Senator & ipſe, ſed ſummis ab Cæſare rebus prouinciæ adhibitus vt fermè foris ſemper verſaretur, moritur, in Sacra Sancti Petri Geſſati æde inclyti equitis, & patris cineres quieſcunt. Lapis indicat, & cenſum agit honorum, quos Borromæus geſſit.

D. O. M.

Camillo Borromæo Aronæ

Comiti

Caroli V. Cæſaris cubiculario

Ped. atq; Equitum Trib. nouo Comi

mox Ticini Præfecto Mediol.

Senatori

Jo: Baptiſta filius & Corina

Somalia vxor cum lacrymis

P. P.

Anno 1549.

Sequitur

Digitized by Google

SEquitur annus huius ſeculi quinquageſimus, quem inſignem & luctuoſum reddidit ſuo fato Andreas Alciatus ante octo annos Cæſareus Senator, & ſimul iuris ciuilis in Ticinenſi aula citra inuidiam celeberrimus. Vir plane doctiſſimus ac eruditiſſimus ordinis decus ac gloria, cuius ingenij monimenta, vbiq; terrarum diffuſa auidiſſimè à viris doctis leguntur, & aſſiduè teruntur. Cæterum ſepulcrale eulogium, quod tantus vir ſuis parentibus inſcripſit, dignum lepidiſſimo Alciati ingenio, ne ab ruina ruituræ ædis veteris D. Alexandri Med. obruatur, hic deſcripſimus.

Ambroſio Alciato
Margaritæ
Landrianæ
Parentibus Opt.
Andreas
Iuris Conſ.
Cæſar. Senat.
F. C.
M D. XLX.
Hic portum attigimus.
Spes & fortuna, valete.
Ludite nunc alio
nos habet
alta quies.

Et

Digitized by Google

Et tanto patri frugale nimis Eulogium Franciſcus filius Ticini in Sacra Diui Epiphanij ęde poſuit.

Andreæ Alciato Mediolanenſi
I.C. Comiti Proton. Apoſtolico
Cæſar. Senat. qui omnium doctri-
narum orbem abſoluit primus legum
ſtudia antiquo reſtituit decori.
Vixit annos 57. menſes octo dies 4.
Obijt pridie Idus Ianuarij 1550.
Franciſcus Alciatus I.C. H. B. M.
P. P.

INterea Cæſar, quem tot bella, expeditiones ac itinera, tot victoriæ iam fatigauerant, accerſito Principe Hiſpaniarum Philippo in Belgium magnum illud arcanum orbi patefecit, etiam citra funus, imperiorum ac regnorum pondus, ad quæ acquirenda vſq; ad inſaniam torquetur genus humanum, poſſe mortales admirationis humanæ modũ excedentes ſpontè deponere. Sed prius intra quinq; annos Cęſareo Senatu Mediolanenſi nouis patribus nobilitato, defluentibus ex adſtantium oculis, lacrymarum riuis in Principem filium tot regna in vtroq; orbe, quietis auidiſſimus exonerauit. Ita magnus Imperator opportunè in portum ſe ſubduxit, ab clade Tunetana edoctus ſe eſſe mortalem, & numen illud, quod *Spiritum Principum aufert,*

ſolum eſſe Altiſsimum. Sed Io: Philippo Caccia, & Ioanne Baptiſta Raynoldo, Daneſio filiodono Placentino, Ioanne Baptiſta Pecchio, Marco Antonio Caymo I.C. tunc in ticinenſi gymnaſio ingenioſiſſimo interprete, Cæſare Taberna, Thomà de Marinis, Paulo Alla Cremonenſi, & Octauiano Bignamo Laudenſi, Maximiliano Stampa Trumelli domino, Riuoltæ Comite ac Marchione Soncini ex quo Illuſtriſsimi Comites Montiſa Caſtro, ab Carolo lato clauo Inſubrico decorantur. Pirouanus & Falcutius per id tempus demortui, in Sacra, & nobiliſſima, quam vocant, Paſſionis, æde in ſuis ſinguli cineribus dormiunt, vtriq; tumulo eleganti conduntur, & lapide ſepulcrali illuſtrantur.

Vincentio falcutio Eugub.
J. Conſulto & Senatori.
Med. clariſsimo
Et ſi virtus ſe ipſa contenta eſt
tamen ob Illuſtris viri memoriam
& deſiderium bonorum
Abſente Patre
Andreas Marinus Thomæ
Ducis Terræ nouæ.
Terinæorum filius
Paterno amico. B. M. P.

Falce velut meſſor flauentia demetit arua
Turbida decidit iurgia ſæpe fori
In ſanctum Inſubrum lectus virtute Senatum
Eluxit qualis lucifer ante diem.
Quare hominū in numero nō iam cenſetur, at inter
Aurea cæleſtium ſydera ſalcutius.

D. O. M.

Iacobo Pirouano I.C. &
Senatori Mediol.
Apud Imperatorem Car. V. & in rebus italis
Ac imperij Romani conſiliario
Qui obijt Anno. M D L I I.
Superſtitibus
Anna mirabilia vxore lectiſsima
& Philippo & Carolo
liberis Infantibus.
Animis ſuis.
Mathæus Pirouanus Quæſt. vrb.
fratri opt. P.

IAM vero ab Carolo tantorum regnorum habenis Philippo filio permiſſis, Albanum Ducem Mediolanum ad regendum miſit. Senatuſq; non amplius Cæſareus, ſed regius deinde eſt ap-

pellatus. Anno inſequenti multorum annorum, ac meritorum iuxta, Ordinis princeps Caſtilionæus moritur. Præſes hic fuit naturæ mitis, ac feliciſſimi ingenij in pangendis ex tempore carminibus, multo ſale, ac lepore reſperſis, quod maxime mirere in viro octuagenario ac Senatus præſide, cuius humeris omnes Prouinciæ res, quæ ad æquitatem ſpectant innituntur. Tanto patruo, cæteriſq; familiæ patribus Franciſcus Card. & Epiſcopus Bobienſis in Pacenſi templo Mediolani hoc Eulogium inſcripſit.

D. O. M.

Branda Caſtilionæo.
Senatori, & Ludouici Sfortiæ Mediolani Ducis
Apud maximos Reges legato.
Hieronymo
Mediol. Senatus Carolo V. Imperatore, Principi
Philippo
Diui Abundij Comi comendatario Senatori
Senatus Principi.
Franciſcus Abundius Bobij Epiſcopus, & Card.
Auo, Patri, Patruo ſibi posteriſq.
V. F. C.
Anno ſalutis. M. DLXI.

SED Petrus Paulus Arrigonus magni nominis Senator ſuffectus in Caſtilionæi locum quem ſumma integritas, ingens in Patriã amor, Patriæ parentem appellarunt. Iulius Clarus hoc anno, quem

magnum

magnum cum monimenta ingenij,tum clara ſoboles reddent, & Ludouicus Mazenta in Senatorum numerum cooptātur. Schitius Regens, & Alexander Vicecomes demortui,in eorum locum Balthaſſar Molina, & Politonius Media Barba Ticinenſis ſuffecti. Cęterum hunc annum Paulus I V. ſummus Pontifex, Carolus Imperator, Hiſpaniarum regina ſuis funeribus funeſtiſſimum reddidere. Exequias tantis Principibus in ſacra maiori æde ex ære regio de more,quàm honorificentiſſime ductas S.P. Mediolanēſis cū lacrymis ſpectauit & Franciſcus Craſſus Senator,ſummum per omnia Imperatorem, in funere laudauit. Sub idem tempus Sueſſanus Princeps Tridentino Cardinali, qui ſupremo Cancellario Tabernæ, grauiſſimè apud Regē inſimulato domum in carcerē attribuerat & Io: Varahonum Senatorem ſubſtituerat muneri,ſuccedit. Sed Schitio Federicus frater Cremonę hoc Eulogium adhibuit.

D. O. M.

Jo: Baptiſta Schitio Cremonenſi viro
Clariſſimo qui inter Mediolanenſes primum Senatores
deinde inter primos Caroli V. Auguſt. & Reg s Philippi eius filij conſiliarios,cum integritatis, fidei, &
prouidentia gloria per quinquennium verſatus eſt.
Fratri benemerenti. Fed. frater mæſt. P.
Obijt Bruſſella omnibus maximum ſui deſiderium relinquens. Annos agens 48. Id. Feb. 1558.

Inito

INito magiſtratu ſueſſanus Princeps literas regias vulgauit ingenti totius Inſubriæ lætitia quæ ſupremi Cancellarij Tabernæ innocentiam, incorruptamq; erga regem fidem diſertiſſimè declararunt. Cæterum cùm tantus vir maximum ornamentum Cæſarei Senatus ac dominantium extiterit, tum quia ab eo fluxerit Illuſtriſs. domus Taberna, quam vt olim innuimus, inter præcipuas Inſubriæ ſuſpicimus, ac Comes imprimis Conſtantius inter cæteros magnos gentis viros de nobis optimè meritus, operæ pretiũ videtur excedere, probitatis, virtutis Tabernæ ingenij, fidei monimenta ſummi Philippi ſecundi penicillo depicta hic ſubijcere.

ILluſtre Duque. Hauendo nos echo intender Paulo Borron, que el gran Canceller Franciſco Tauerna, hauia commetido falſedad, y corruptellas por dineros enla adminiſtracion de ſu officio, y teniendo tambien relacion que hauia encurrido en otro delitto concernente nueſtro eſtado, ordenamos al Card. de Trento gouernador que entonces era d'eſte nueſtro eſtado, que haziendo formar el proceſſo delo que aſſi ſe lo imputaua nos auiſaſſe con ſu pareçer, lo qual hauendolo commetido a falcutio y Aliata Senadores, y echo, y formado por ellos el dicho proceſſo, nos enuiarono ſus pareçeres y votos, todo lo qual viſto, diſcutido y eſaminado maduramente, y con la conſideraçion que el caſo requiria porlos de nueſtro conſejo, ſupremo

premo

premo de eſtado, y Iuſticia a pareçido q̃ cõforme a ella deue eſſer aſſuelto el dicho gran Canceller, como por la preſente le abſoluemos y damos por libre dellas dichas imputaciones, commetemos, encargamos y mandamos, que luego que ſe ais enel dicho eſtado le pongais enſu libertad, caſſando y annullando las fianças que por ventura huuiere dado, quando ſe le diò ſu caſa por carcel, y le reſtituais enla libre y entera adminiſtracion deſu officio de gran Canceller paraque le exercite, y adminiſtre bien aſsi, y enla manera, y forma que ſolia antes, que del fuſſe ſuſpendido, porque aſsi procede de nueſtra determinada voluntad a raçon y juſtitia conforme. Dat. en Bruſſel. 19. de Iunio MDLIX.

SEquitur iam vero annus maxime inſignis, quo ſumma cum numinis clementia, tum Principum facilitas luſit. Et ſeptuaginta amplius annos aureum illud ſeculum, quo maiores noſtri longa felicitate ferme luxuriati ſunt, perdurauit. Pax inter Catholicum Regem, & Gallum vulgata. Connubio firmata felicitas, vxorem in aula gallica ſumens Philippus, vt ſecunda in ordine, cui quaternas præſtantiſſimas omnes genere & forma cum orbium dote, ſecundiſſimum fatum deſignarat, diceretur. Tantaq; re orbis iure merito eſt lætatus. Gratiæ ingentes actæ cæleſtibus, quorum templa frequentes omnis generis mortales circumiuerẽ.

Carce-

Carceres,decretum, quod vocant gratioſum, ſontibus vbiq; in orbe hiſpano aperuit. Et vt læta triſtibus miſcerentur,fiduciarijs ac ſtipendiarijs Regis, Mediolani,vnius anni redditus,ad immanes bellorum ſumptus redimendos imperati. Scipio Simoneta, Leonardus de Herrera,Hieronymus Montius CÆSARIS Card. quem nunc Archiepiſcopum patrium veneramur auus, ob Bignami obitum & falcutij in Senatum leguntur. Alla Cremonenſis moritur, cadauer in patriam delatum. Ex publico exequiæ decretæ. Earum ſic fermè titulus.

D· O· M.

Paulo Alla,qui in Senatum Mediolanenſem cooptatus, eum magiſtratum ea fide, grauitate, abſtinentia; caſtè integrèq; & ad priſca probitatis laudem geſsit, vt longe maiora a Rege ſperare debuiſſet. Sed heu dum Reipublicæ dignitati enixè priuatorumq; commodis benignè ſtudet, ſuis parum conſulens, perdita valetudine diu vſus vita ceſſit ſuo magis quàm aliorum tempore.

Vixit Annos 49. Menſ.7.

Ciuitas Cremona decreto ſepulcro ſumptu publico Ciuit. B. M. Parentauit.

SED defuncto patri, Sigiſmondus Picenardus ſufficitur ne diu mœreret ciuitas, I. C. illius tempeſtatis longè celeberrimus, mitiſsimi idem

ingenij

ingenij vir, laus huius gentis peculiaris. Marlianus Senator Magiſtratus ordinarij Præſes ſub idem tempus creatus ceſſit Ioanni Paulo ab Eccleſia nobiliſſimo Mediolanenſi. Clarus in Hiſpanias apud Regem conſiliarius accerſitur. Ioannes Thomas Odeſcalcus Nouocomenſis, & Camillus Caſtilionæus lato clauo ab Rege inſigniuntur. Hicq; ſupremus magnæ alioqui familiæ vſq; ad hæc tẽpora Senator. Et Petrus Georgius Vicecomes, Aloyſius Palatius, Camillus Porrus, Antonius Londonius, Gabrius & Fabritius Equites Sorbelloni, Alphonſus Manriquex de Aiala, M. Antonius Areſius, magni Iulij Præſidis parens, & Comitis Barptolomæi in flore ætatis, quod nunquàm contigit, rebus capitalibus præfecti ad omnia vere ſumma nati auus, Hernandus Ortix, ſeptuageſimum annum huius ſeculi, Senatus Mediolanenſis, Patres ampliſſimi viderè. Hæc inter Varahona Senator, & pro S. olim Cancellarius eſt mortuus. In Sacra Sancti Victoris maioris æde eſt conditus.

Ioannes Varahona Hiſpanus
Inuictiſſimi & optimi Regum Philippi
Magnus Scriniorum Magiſter, qui
Omnibus profuit, nemini nocuit
Omnibus carus hic iacet.
Obijt v. Idus Octob. M. D. LXIV.

Et Iulius Clarus per hæc tempora vel in ſummis honoribus mortalitatis memor, tumulum ſibi viuens cum hoc titulo in ſacra æde Pacenſi Mediol. extruxit.

Julius Clarus
Aloyſij filius & I. Conſultus
Senator.
Præſes Quæſtorum extraordinariorum.
Curator aquarum publicarum
Præfectus rei frumentariæ
dein
Philippi Regis Hiſpan.
in ijs; quæ pertinent
Ad res Italas Conſiliarius
Annos natus unum & xxxx.
Secundis rebus ſuis
Supremi diei memor
Vt hanc poſteris curam adimeret
Monumentum ſibi ſuiſq;
Viuens fecit.
Anno 1566. VIII. Id. Januarij.
ipſo die ſuo natali.

CÆterum Clari virtutes, eximiaſq; animi dotes, vulgata minime moritura monimenta teſtantur, & ſingularem amorem in eum Philippi Regis, cùm ex magiſtratibus ampliſſimis, quos foris, & in

Digitized by Google

& in patria geſſit, tum ex Senatoria dignitate Marco Antonio Areſio viri genero nunc primum extra ordinem collata; indulſerat enim per hos dies Ticinenſibus Rex vnum ex Patribus in Prætorem, facilè quiuis ex ſe poteſt argumentari. Interea Raynoldus & Londonius vtriuſq; Magiſtratus Præſides creantur. Ab Eccleſia Senator mortalitatem expleuit nihilq; aliud memoratu dignum per hos annos eſt geſtum. Niſi quod Raynoldus in exitu anni ſexageſimi noni, Arrigono demortuo, ingenti totius Prouinciæ plauſu Ordinis Princeps ab Rege eſt declaratus. Et Filiodonus in ſupremum Cancellarium ob Tabernę obitum, quò ſummas omnes dignitates delibaret lectus. Per eos dies magnus Philippus, Turca ad lepantas Inſulas longè clariſſima illa victoria Ioannis Auſtriaci ductu perdomito fermè Abrahamo maior in Carolum filium deſſæuit; Qui atrocia & turbida conſilia cũ perduellibus agitaret. Obſtupuitq; orbis Hiſpanieſi Bruto, ſecuritatem publicam filij & vnici Principis amore potiorem habente. Cæterum numen, ſupra humanum facinus comprobaſſe haud dubiè viſum eſt. Dedit eam prolem deinde magnorum Regum Sanctiſſimo Principi, quæ tantã orbitatem miriffice recrearet. Iam vero longa pace florebat orbis, hiſpanica potentia, & prudentia in officio genus humanum continebat, cum atrox in vrbe noſtra per hos dies ſcelus publicam felicitatem intercepit. Interſemet-

Digitized by Google

ipſos, cum iam externus hoſtis deeſſet, deſſæuiuere Mediolanenſes. Exiſtimationem, qua nihil pretioſiùs in humanis, cum æterno familiarum dedecore læſere. Cornibus, & humano ſtercore optimatium nõnullorum portas per aliquot noctes inquinarunt. Iuitq; obuiã e veſtigio Senatus. Senatorq; Palatius cum imperio delectus ad immanem petulantiam coercendam. Sed ſubitò numinis irà poſtdiram annonæ caritatem Mediolanum populatur. Vrbs peſtilentia afflicta, innumeri affecti ciues expirarunt. Neq; tantum per ignota capita vis morbi peruagata, ſed pleriq; etiam principũ abſumpti. Eaq; clades fuit, vt CAROLI Borromæi Card. Archiepiſcopi pietatem, ac ſanctimoniã in cæleſtium numerum aliquando relaturam eſſe, haud dubiè mortales diuinarent. Et domi & foris rem egregiè geſſit Borromæus, eaq; documenta ſæuiente lue orbi dedit, quibus legitimi animarum Paſtores inſtruerentur. Annibal Cruceius Senatus Mediolanenſis a ſecretis, vir plane erudititiſſimus peſtilẽtiam ſuo funere nobilitauit. Hic leucippi, & Clitophontis amores inter alia lepidiſſimi ingenij monimenta græcè conſcriptos latini viris, vſq; ad inuidiam fecit. In ſacra & ducali æde Sanctæ Mariæ Incoronatæ Med. tantus a ſecretis ordinis æternum decus quieſcit. Fabritius filius hoc Eulogium quadrato in lapide ſculpſit.

L. Anni-

L. Annibali Cruceio
Ab epiſtolis Senatus
Fide optima & ſpectatiſsima
Abſtinentia admirabili
Eximiè iuſto atq; integro
litteris latinis & græcis
exculto.
Poeta per eleganti.
Natus annos LXVIII. Peſtilentia mortuo
Anno CIƆ.IƆ LXXVII.
V. Kalend. Octobris.
Fabritius filius Patri.
B. M. P.

Hoc eodem anno Areſius moritur, in Sacra S. Victoris ad vlmum,eſt conditus. Gentile familiæ ſepulcrum,celebre magna poſteritas effectura, hoc ſimplici titulo viuens fecit.

M. Antonius Areſius
Senator Regius Mediolani
ſibi liberis poſteriſq;
T. F. I.

SED Tabernę S.Canc.de mortuo Daneſius Filiodonus vt diximus eſt ſuffectus,& in huius locũ cũ Frãciſcus Rinconus. Tabernam I.C. Crottus in funere

funere laudauit. Annos quinq; & viginti cum maxima fide, ſubiectorum commodo, imperantiũ gloria, magnus ſcriniorum magiſter eluxit. Huicq; Carolus Imperator canem album gentili ſtemmati conceſſit, grati animi, perfectæ memoriæ, præclaræq; fidei nobiliſſimum argumentum. Cæterum tanti viri niſi inuidia obfuiſſet fermè maximi æq; in vrbe noſtra opulenta ac illuſtris poſteritas viget. Et Vicecomitis quoq; Pallatij, Mediębarbæ Senatorum finem natura fecit. Galleaz Brugora, Aloyſius Bellonus Alexandrinus, Franciſcus Gambarana Ticinenſis in demortuorum patrum locum legun-tur. Fœcundum mortibus annum luridus cometes, qui in multos dies in orientem verſus effulſit, reddidit. Nec Summorum Principum funera, quæ huiuſmodi infauſti ignes portendere ſimplices credunt, defuerè. Cardinalis Arrigus in luſitania, Ioannes Auſtriacus in Belgio, Princeps Vincislaus Polonus, & Hiſpaniarum Primogenitus, diuerſi, ſed communem portum mortalitatis ſinguli tenuerê; Tulitq; in tantis totq; funeribus maximam infracti animi ac moderationis gloriã Philippus, qui, ne lugeret orbis publico edicto cauit. Tantum Philippi regis animus eminebat, vt vel maxime intimas, curas, quæ cor immaniſſimè lacerarent, ſe minime ſentire, poſſet diſſimulare. Areſio Camillus Cattaneus Vaianus, & Alexander Panigarola, Camillo Porro Magiſtratus Ordinarij Præſidi creato ſubſtituuntur.

tuuntur. Anno deinde octuageſimo primo huius ætatis Clarus moritur, Scipio Simoneta in ſupremo rerum Italicarum cõſilio vacuum Clari locum implet. Porrus, Io: Thomas Odeſcalcus, Camillus Caſtilionæus, & Sigiſmundus Picenardus viam vniuerſæ carnis ingrediuntur. Comes Martir Ponzonus, & Alphonſus Lopex, Ludouicus Mazenta hic Magiſtratus Ordinarij, illi Senatus ſolitudinem recreant. Picenardi cineribus in patriam delatis ſolenniter ex publico gratiſſima ac ſapientiſſima ciuitas, quæ ſola ſuorum ciuium gloriȩ haud inuidet, parentauit. Funeream molem excitauit. In cuius fronte hic titulus legebatur.

SIGISMONDI PICENARDI

Senatoris ampliſsimi tutela, præſidioq́; orbata Ciuitas Cremonenſis, quæ eius conſilio, & fide tam in Senatu, quã apud Regẽ fuit ſemper adiuta, tot cõmodis aucta, tota nunc mœrore confecta, hunc vnico Elogio patrem patriæ fuiſſe declarat. Decretiſq́; ei exequijs, pompa laudatione hac etiam ſpecie, & dignitate eidẽ erecto tabernaculo quaſi meritorum ſuorum, quadã conſecratione voluit ciuitas pietatem erga diuinum illum virum, in ciuium animis incluſam publicè apud omnes eſſe teſtatam, Qui cum magna vir eßet integritate, & innocentia, cumq́; Iu. Ciu. ſcientia, atq́; omni prudentiæ genere præſtaret, ſummum

non

non modo dignitatis in Senatu, ſed etiam gratia apud Hiſpan. Regem locum tenuit ad quantum vero gloria faſtigium, beneficentia hoſpitalitate, miraq; in adiuuandis rebus alacritate illa ſe extulerit tota loquatur hæc moles tot columnis erectis, tot luminibus accenſis, nos loqui non ſinit dolor.

Et ne quid pompæ deeſſet Iacobus Maynoldus Galeratus I. C. in funere Picenardi perorauit. qui deinde & ipſe in Patrum numerum eſt cooptatus. Interea Mediolani, Gubernatores vt eſt nimis auida illa imperandi libido, nec ſuis contenta finibus, paulatim Senatus authoritatem carpere, Et quidem cum ingenti publici boni incommodo. Ordo apud iuſtiſſimum Regem expoſtulauit, literaſq; abſtulit, quæ opportunè nimiam Producum potentiam moderarentur. illaſq; hic ſubijcimus.

D. Sanchio de Gueuara, & Padiglia &c.

ILluſt. & Magn. nobis dilecto &c. Il Rè Noſtro Signore ci ſcriue vna lettera di 11. Ottobre da Badaioy ſopra diuerſi abuſi introdotti ſotto gl'Illuſtriſsimi noſtri Anteceſſori in queſto gouerno contro gl'eſpreſsi ordini di Vormes & altri in pregiuditio dell'auttorità & libera aminiſtratione de Tribunali & altri officiali di queſto ſtato. J quali abuſi S.M. vuole,

vuole, & commanda, che ceſsino per ſempre d'hoggi innanzi, come in eſſa ſua lettera ſi vede eſpreſſo. Et noi ſiamo prontiſsimi ad obedirla, mentre durerà il gouerno noſtro. Et per eſecutione della ſua real mente vi mandiamo qui ſotto la parte, che di detta lettera apartiene al Senato.

Don Sanche &c. Entendiendo por diuerſas vias, y por las quexas, que caſi todos los Tribunales d'eſte nueſtro Eſtado, y muchos dellos officiales nueſtros del nos han dado en quantas formas los Gouernadores paſſados haue trapaſſado las ordenes de Vormes, conſtitutiones d'eſte Eſtado, y los otros decretos que tocan ala buena adminiſtracion dela juſticia, buen gouierno de nueſtros ſudditos, y buen recaudo de nueſtro Patrimonio, vſurpando tanbien la auctoridad delos Tribunales en muchas y diuerſas coſas, que tocan a ſus officios, no has pareçido aduertiros de alguna, paraque vos en vueſtro tiempo, y los que deſpues vinieren enel tengan cuenta de guardar, y cunplir preciſa y inuiolablemente, lo que cerca deſto ſe os ordena.

Primieramente eſtando diſpueſto por las ordenes de Vormes, que alos Tribunales d'eſte Eſtado ſe dexe auctoridad libre, enla adminiſtracion delo que a cadauno toca reſpectiuamente los Gouernadores por diuerſas vias la impiden y embaraçan auocando por ſu arbitrio las cauſas introduçidas enel Senado y lleuandolas al Conſejo Secreto, y decidiendolas alli, y otras veçes

cometiendo las decididas por el Senado, paraque de nueuo ſe reuean enel dicho conſejo ſecreto, ſiendo eſto tan contrario alla juſticia y buen gouierno de nueſtros ſudditos d'eſte eſtado.

Que han hecho muchas veçes delegaciones de Iuezes, con poder de proceder guardando y no guardando la forma del derecho, y muchas della dichas delegaciones en Hombres poco prudentes, y indoctos, y mas intentos a ſu intereſſe particular, que al publico, no hauiendoſe da haçer eſto, ſi no con participacion del Senado, y en los Vicarios generales, ſi no fueſſe con alguna gran cauſa, por los inconuenientes que el contrario trae conſigo. Y que eſto ha llegado a terminos, que queriendo caſtigar el Senado à vn Iueç, que no quiſo obedeçer ſus ordenes el Gouernador le ordenò que no lo moleſtaſſe.

Que al Auditor del exercito ſe le delegan algunas veçes cauſas, que no ſe cõprenden enel decreto militar.

Que ſe ſuſpenden alguna veç por arbitrio del miſmo Gouernador las condennaçiones capitales, y hechas por delitto, que no ſe puede haçer gratia.

Que ſe conceden ſaluos conductos contro la forma delos ordenes de Vormes, y otras moratorias alos deudores ſin fiança.

Que ſe publican bandos y proclamaçiones, en que ſe ponen nueuas prohibiciones, y nueuas penas, ſin communicacion del Senado, antes derogando ſu poder.

Que ſe han erigido nueuos Tribunales cerca la ap-

taçion y reparaçion delos caminos y eſtradas, y auĉtoridad de que no ſean conſtringidas a obedecer a otro que al Gouernador.

Que ſe enuian al Senado los decretos del Gouernador con ſola la ſeñal del Secretario ſobre los memoriales, que ſe ledon toccante ala juſticia en que les manda, que vean el memorial, y refieran con ſu pareçer, y alguna veç, que no deſpachen la cauſa ſin communicarla con el miſmo Gouernador en graue prejuitio, y de auĉtoridad de a quel Tribunal, y impedimento dela Iuſticia.

Que no ſe tiene cuenta con el voto del Senado en las relaçiones que ſe hazen de delinquentes por nauedad, y Paſqua con mucha indignidad de a quel Tribunal.

Que las remiſsiones que ſe haçen alos deſterrados, que tienen perdon dela parte, es por la mayor parte, pagando dineros por la dichas remiſsiones, hauiendo da ſer gratioſas e libras, y que por eſta cauſa los pobres aunque tengan perdon, eſtan ſiempre deſterrados, de que naçe que creçe el numeros dellos, en mucho deſſeruitio nueſtro, y daño d'eſte eſtado.

Que los officios biennales por la mejor parte ſe dan a perſonas inhables, y muchas veçes a eſtrangeros, que non ſon Vaſſallos nueſtros.

Que las nominas que el Senado haze delos officios perpetuos toccante ala Iuſticia y a quel Tribunal, y las conſultas que ſe nos enuian por ellas detenien mucho tiempo en ſu poder los ecretarios delos Gouernadores ſin enuiarnelas. Bb 2 *Todas*

Todas las quales coſas ſiendo de tanto inconueniente como ſon, contrarias a nueſtro ſeruitio &c. 1580.

HÆc eo anno ex prudentiſſima illa aula dimanarunt ad nimiam Gubernatorum potentiã corrigendam & ad ordinem ampliſſimum ſuæ authoritati reſtituendum; non Gubernatores enim, non conſilium arcanum in ea, quæ ad æquitatem ſpectant, ius habent. Et licet ſuper hoc politica ingenia, queis ſuper abundat æuum variè ſentiant, quò fœdè vel Gubernatoribus, vel alijs adulentur, minime tamen inficiari poteſt, hoc è Republica non eſſe, certamenq; illud dignationis ſummum inter ordinem, & conſilium arcanum, vt ſunt rerum omnium principia exigua paulatim, vel ob nimiam patrum facilitatem, vel Gubernatorum conniuentiam, vel aliud corrupti ſeculi vitium cœpiſſe: non quia te uera dubitandi locus extiterit. Senatus ampliſſimus principem ſemper ab Rege locum obtinuit, cuius alendæ maieſtati Inuictiſſimi Dominãtes tot aureùm millia ſingulis annis inſumunt. Senos viros a ſecretis eruditione ac nobilitate præſtantes Ordo habet, cancellarios totidem, horum vnus theſaurarij munere fungitur, Coadiutores, quos vocant etiam ſenos, omneſq; debito ſtipendio ab ære regio decoratos. Sed præter hos multi inſunt amanuenſes, quos ſecretariorum ſeminarium dices. Hos cognita

cùm

cùm nobilitate tùm per examen in humanioribus literis aliqua peritia, Præſes ad arbitrium, Senatui miniſterio addicit. Promouentur deindè iuxta merita paulatim ab Rege, ad Coadiutoris, dein Cancellarij, poſtremo Secretarij vltimum iſtius fortunæ munus. Octonos deinde hoſtiarios conſimili veſtitu violaceo ex ęre regio deinde Rex alit, ad minima Senatus miniſteria, quorum duo Pręſidem ſingulis hebdomadis in orbem ad cuſtodiam corporis incedentem ſemper antecellunt, & die in eius procœtone imperia morantur. Cæterum tanti ordinis maieſtati, ipſa etiam aula, in qua datur Senatus, reſpondet. Longè ampliſſimum quadratum eſt conclaue, binis portis & ab oriente, & ab occidente eſt aditus, ad ſeptentrionem, & ad meridiem amplas vitreas feneſtras habet. Laqueare auro diſtinctum. Muri periſtromatis iuxta anni tempus, prætioſiſſimis veſtiuntur. Auſtriaci Heroes æquitatis Primogeniti in tabellis ad viuum expreſſi, hinc indè Patres ſui officij monent. Sed in huius conclauis ſinu ampliſſima menſa ſurgit, tapetum cum auris vſq; ad imum ludit. Hìc capita mortalium, & fortunas metiuntur. In puppi ipſe Præſes, qui ad placitum etiam feriatis diebus Senatum cogere poteſt, celſa in ſede eminet, Patres in ſubſellijs holoſericis purpureis ab vtroq; menſæ cornu ſedent. Propræſes primus ab dextera Præſidis, ab læua primus a Propræſide. Cæteri deinde vt ſunt ſeniores

faſtigio

faſtigio alternis ſequuntur. Manè per tres horas, niſi ea dies alicui inſigni ex cæleſtibus, vel ſit de more feriata illuxerit, die Iouis etiam a prandio, & a natali B. Virginis die vſq; ad Diuo Carolo ſacram ter tantum in hebdomada Senatus habetur. Tum rei ſacræ ſolenni in maiori æde patres interſunt, concionator perorat; conſuetos labores, repetit Ordo ampliſſimus. Rem ſacram ſingulo mane fermè ante lucanam ex iuſſione Regia in ſacello aulæ adiecto audiunt. Cæterum ſumma eſt ordinis maieſtas & amplitudo, vno verbo necis, & vitæ hominum arbitra, adeo vt Mediolan. Senat. Optimates Inſubres merito dicantur. Iuſſiones & decreta Senatus Regis nomine firmata exeunt, & ſupplices libelli qui exhibētur, ac ſi ipſi Regi, inſcribūtur videlicet. P. R. Ambulantibus per vrbem omnes decedunt è via Senatoribus, & in propria auriga nulli niſi Summo viro primas concedunt. Soli hyemali tēpore, togis pontico mure ſubtectis vtuntur. Et in ſacello ducali, ſi rei diuinæ interſunt, eis & pacem afferunt, incenſo eos adolent, puluinar genibus ſubijciunt. Olim niſi Senat. Med. Principes Itali conſulebant, ſed anno huius ſeculi 22. decreto regio cautum eſt, nequis Senator impoſterum inconſulto Rege vel ageret pro quopiam vel ſcriberet. Et hæc eſt Mediolanis Senatus aliqua ſpecies. Sed Hieronymum Montium, Cardinalis Montij auum, Alphonſum Lopezium, & Manriquex Luximus. Io-

annem

annem Antonium Odeſcalcum, Iacobum Ricardũ, Ludouicum Aimum, Gothardum Reinam, Nicolaum Garziam, Petrum Monfortium, Simonem Boſſium, Meſaq; corteſium, Petrum Franciſcum Coſtachiarium Aquenſem Epiſcopum, & inſulatum Scalenſis Eccleſiæ Prępoſitum Regium, ac Pontificium Oeconomum ab Siſto V. creatum, cui etiam Põtifex indulſit, vt ijs diebus, quibus Senatui vacaret, vt cæteri collegæ ac ſi ſtatis horis in odæo interfuiſſet, fructibus & emolumentis fueretur. Franciſcum Seſsè Senatores inſequens annus habuit. Rinconus maxime prouectæ ætatis, ſpontè ſe Magiſtratu abdicauit, iubilauitq; conſularis ſenex eodem ſtipendio præcipua Domini Regis munificentia. Agebatur iam annus huius ſæculi octuageſimus ſextus, cum in Hiſpanijs Simoneta Regens moritur, Ponzonus Cremonenſis ſufficitur, & Mediolani, ſummo bonorum ac malorum iuxta dolore Senatus Princeps Raynoldus deſijt. Omniũ lacrymis elatus, iuſtus clemens ac pius ſenex, clarus cum ſexcentis familiæ nominibus, fratre Senatore Romano inclyto ab imperij occidentis occaſu, veteris illius Romanæ magnitudinis ſimulacro, paterno ſplendore, patre quęſtore, quem in oculis ferebat Carol. V. eiq; priuilegia, quæ extant principe fermè digna indulſit, tum docta ac digna magnis maioribus ſobole. Iam enim in nepote, qui nomen habet aui, cuius magna eſt vis aliquando, auitos

honores,

honores, & longè maiores gratulabunda ciuitas communi quodam conſenſu præſagit. Et honores quidem, quos adhuc geſſit admodum adoleſcens, vrbis noſtræ præfectura difficillimo tempore, Prætoris locum tenens, & præſtantiſſimi eloquentiſſimiq; patroni gloria ætatem preuenere. Cæterum magni Præſidis iacturam cum publicam tum priuatam Ordo ſuis ad Regē diſertiſſime eſt teſtatus.

DIE quarto huius menſis Io: Baptiſta Raynoldus ordinis noſtri Præſes de nobis, & de vniuerſa hac Mediolanenſi Prouincia optime meritus ab huius ſeculi ærumnis, ad beatæ vitæ tranquillitatem vt piè credimus migrauit mirumq; nobis ſui deſiderium reliquit propter eam obſeruantiam, qua illum ob ſummas eius virtutes proſequebamur. Nam præter fidem eximiam, quam prius Diuo Carolo V. Imperatori, deinde Maieſtati Veſtræ in quadraginta fere annorum curriculo, quibus modo Senator, modo Præſes Magiſtratus extraordinarij, modo ſupremi Cancellarij vices gerens, & poſtremo Senatus Præſes ſemper præſtitit, ac præter ſingularem vitæ integritatem, moderationem animi, laborum tollerantiam, & indefeſſam in hac etiam ſenili ætate aſsiduitatem, ac ſolertiam in ſuo munere obeundo, quibus ille virtutibus, curſum huius nauigationis piè ac vigilanter moderatus eſt, ea in illo fuit doctrina, is rerum vſus, ea experientia, vt nulli alij Præſidi ſecundus fuiſſe videatur.

deatur. Hoc noſtrum deſiderium lenire, & publicæ neceſsitati prouidere nemo poteſt, nec debet niſi vna M.V. quæ ſicut optimè omnium intelligit, quali gubernatore hæc noſtra nauis indigeat, in qua continetur quies & ſalus horum populorum, de qua ipſa non minus, quam de ſua propria laborare ſolet, ita non dubitamus, quin pro ſua diuina prudentia, & charitate, ſubditorum ſuorum, talem nobis Præſidem datura ſit, vt neq; probitatem, neq; ſolertiam, neq; experientiam Raynoldi amplius deſideremus. Quod vt M.V. quamprimum faciat, eamdem humillimè ſummiſq; precibus rogamus. Cui interea ſacratiſsimas manus deos culamur, omniaq; proſpera, & felicia exoptamus Med. xvii. Iulij M.D.LXXXVI.

In Sanctæ Mariæ Gratiarum templo eſt conditus. Sepulcrum ipſe viuens cum hoc titulo poſuit.

Jo: Iacobo Raynoldo
Queſt. ordinario
Præfecto rei frumentariæ
& Helenæ Ghiliæ
Parent. Opt.
Alexandro filio dulciſsimo
ſibi Antoniæ Cuſanæ
vx. liber. poſteriſq; ſuis
Io: Baptiſta. Senatus Præſes.
Anno 1570.

Bb Bien-

BIennium ferme vacua Principis Senatus dignitas fuit, dein Iacobo Riccardo doctiſſimo viro, Magiſtratus extraordinarij Præſidi collata. Reina Senator eſt mortuus, & Camillus Trottus primus ſuæ gentis, magni Præſidis viuentis pater Senatoriam dignitatem nobiliſſimæ familiæ intulit. Paulus Caſtellanus in locum Ponzoni regij Conſiliarij in hiſpanijs, Balthaſſar Salaxar in Manriquez, & Hieronymus Gherardus Ticinenſis in Ricardi, lato clauo Mediolanenſi nobilitati. Aymus & Panigarola per hos dies mortalitatem explent. Sigiſmundus Foſſa ſuffectus. Boſſius Magiſtratus vtriuſq; Preſes, adeo magni viri ſemper familiæ æqualis virtus eminebat vt ei Inuictiſs. Rex ſua fermè omnia bona concrederet in S. Pauli Monialium Mediolani ſitus eſt. titulus dè more gentis ſine fuco.

Simonis Boſsij Senatoris
Præſidis vnius atq; alterius Magiſtratus
familiæq; ſuæ ſepulcrum.

Franciſcus Biroconus Senator ob grandem ſenectam muneri impar, ſtipendio & quiete ab Rege donatus. Odeſcalcus & Caſtellanus vna cum Filiodono S. C. diem obiere; ille in Diui Barnabæ templo Mediolani quieſcit; hoc Eulogium pijſſima coniux viri tumulo adhibuit.

Io: An-

Digitized by Google

Jo: Antonio Odeſcalco Cremonenſi
Reg. Senat.
Viro integerrimo
Anna Carcaſſola Mediolanenſis
Patribus cateriſq; virum cariſsimis
Ad ſalutem commendans
Mœſtiſs. P.
Ob. VI. Id. Nou. M. D. XXC. IX.

Et Filiodonus in ſacra D. Pauli virginum æde eſt ſitus.

Daneſio Filiodono
Patri Placentino Senatus Praſidi
Conſiliario Regenti
Magno Cancellario Prouincia Mediolanenſis
Obijt anno 1591. Ætatis ſua 81.
Dionyſius Filiodonus. H. P.

Ioannes Baptiſta Capra, Benedictus Tonſus primus Cremonæ Prætor Senator, Alphonſus Gallaratus, Bartholomæus Brugnolus, & Hieronymus Magnacaballus patrum numerum expleuere. Videbaturq; fatum ludere hunc vel illum ex Senatoribus carpendo, vt ſemper materiem nouam regiæ munificentiæ prepararet. Etenim vſq; ad centeſimum ferme ſingulis annis aliqua mutatio in gra-

uiſſimo ordine eſt ſecuta. Gambarana, Brugora, Gallaratus, Mugnoz, Gherardus, Tonſus, Meſaq; Corteſius, Capra & Princeps Senatus Riccardus minime huius ſeculi exitum videre. Meſa Corteſius Ticini in ſacra Auguſtiniana æde quieſcit. titulus hic ſepulcralis indicat.

Aloyſius Meſa corteſius Hiſpanus vir præſtantiſs. ac celeberrimus, qui poſt varios dignitatum gradus aſſecutos ob vitæ integritatem vſumq; rerum in ampliſſimum Senatus Mediolanen. ordinem cooptatus, dum poſt geſtam ſummo cum honore Cremonenſem, Ticinenſemq; Præturam, ad alias maiores gubernandas Prouincias deſideraretur in ipſo ætatis ſuæ flore naturæ conceſſit. Pridie Id. Maij Anno 1590.
Ad familiæ ſuæ memoriam fieri iuſſit.

Cæterum multæ familiæ nobilitatæ, Ludouicus Madius Cremonenſis, Marius Conradus Laudenſis, Cæſar Gallaratus, Franciſcus Gluſſianus, Iacobus Maynoldus Cremonenſis, Aloyſius Albritius nouo-Comenſis, Ioannes Martinex, Laurentius Polus, Michael Lanz, Hieronymus Sanſonius, Georgius Ripa, Iacobus Menochius Ticinenſis, Alexander Rouida, & Brugnolus Præſes ſubſequentis ſeculi initium,

initium, ſumma dignitate inſignes gratulabundi ſpectarunt. Menochius lumen illius æui hoc anno M. extraord. Præſes creatur. Sed Capra defunctus in phano S. Petri Geſſati Med. hoc ſepulcrum ſibi viuens fecit.

Bartholomæo Capræ
J. C. Auo. Io: Franciſco & Claræ
Vicomercatæ.
Parentibus
Bartholomæo, & Hieronymo
J. C. & Marco Antonio & Ludouico
fratribus.
Sibi liberis & poſteris
Jo: Baptiſta Capra Senator
V. F. C.
Anno M. D. XXXXIII.

Trottus in diui Marci Mediolani æde quieſcit; hoc Eulogium magnis Auis, & Parentibus ipſe poſuit. Vir planè memorabilis multiplici ſcientia, dexteritate in agendo amore in ſubiectos, prudentia, moderatione. Quarum tamen laudum compendium, tantum filium genuiſſe dices & ſine fuco lector.

Io: Aloy-

Digitized by Google

Io: Aloyſio Trotto
Franciſ. Sfortiæ Mediol. Ducis
Quæſt. Ordin.
Et eodem tempore ad Tranſpadanos
Commiſſario Generali
Annonæ Præſidi, & ex conſiliarijs ſecretis
Vni Patri Optimo
Sibi liberis, Poſteriſq; ſuis
Camillus Trottus de Quæſt. extraordinarijs
Philippi Auſtrij. Hiſpan. Regis
Senator.
Anno 1587.

Quin & defunctæ vxoris memoriæ, hæc carmina in marmore inſculpta eodem in ſacello dedicauit, quò grauiſſimi viri lepidiſſimum ingenium quoq; demirere.

D. O. M.

Iuliæ Caſtilionææ
Si virtus, ſi forma, boni ſi deniq; mores
Ius in fata habeant, Iulia ſalua foret.
Sed nimijs natura bonis breue penſitat æuum
Mors illi requies, at tibi Trotte dolor.
Camillus Trottus Coniugi deſideratiſsimæ
Obijt vltimo Martij. Nata Annos xx.
Anno 1533.

HORA-

HORATII LANDI

SENATVS MEDIOLANENSIS.

LIBER SEXTVS.

SEquitur iam ſeculum aliud, varietate rerum, atrocitate cladium, diriſq; bellis, Principum ſtudijs nulli prætoritorum planè conferendum. Et Romę inprimis infinito mortalium concurſu, ſecularis annus, melioribus auſpicijs, quã olim idola ſectantes, celebratus. Cæterum cum Philippo ſummo Regum, pax fermè in Italia eſt elata. luximus cum toto orbe prudentiſſimum, ac inuictiſſimum Principem. Ab diſſidijs, vt perennis miſeriæ primordia attingamus, inter Sabaudum ac Mantuarum Duces, mars iam tot per annos ab hac prouincia, humano maiore Philippi Regis prudentia exulare iuſſus, non in Inſubriæ modo ſed ferme totius orbis perniciem accerſitus. Ita cum multis *Vtile bellum* varijs prætextibus diligentiſſime alitum creuit in eam magnitudinem, vt crudeliſſimi ac propè inteſtini belli Inſubria Belgium ęmulata,

ta, ſedem conſtituerit. Cæterum inchoata clades, anno decimo tertio circiter huius æui, nondum anno trigeſimo ſeptimo dum hæc ſcriberem, vel expleta, vel ſatiata. Et indica opulentia, totaq; florentiſſima Inſubria effuſa, & infinita hominum millia, quæ periere, ſcelus ne prouinciæ dixerim, an infelix fatum, nondum tamen expiarunt. Equidem tantum auri, quod centum decem centena millia auri amplius excedit, totq; legiones conſumptæ, vt dubio procul ad orbem ſubigendum ſuffeciſſent. Neq; Imperium amplificatum, neq; hoſtis iugerem poſt tantas turbas ac motus, quis crederet niſi ſummam hiſpanicam moderationem noſceret, poſsidemus. Sed hæc ciuilibus ingenijs, queis ſemper abundat æuum diſcutienda relinquamus. Magno Philippo ſecundo, quàm honorificentiſſimè in maiori æde de more Parentatum. Filius tantæ regnorum moli ſucceſsit. Et Fonteius Comes per hos dies bello clarus in Belgio Imperator Mediolanum cum imperio venit. Hic mirè primùm laſciuientem prouinciam in diuturna & opulenta pace vti ſit, multis mortalibus nequã ereptis, mirificè temperauit. Pars in crucem acti, pars triremi, neq; vulgares viri, damnati, pars perpetuo exilio multati. In illos maxime qui diuitum, & illuſtrium cœnas malis artibus captant ſæuitum. Ita breui vnumquemq; ſui officij monuit, ſemper hac prouincia laudandus Comes, digniſsimus cui ſtatua ex publico

blico in foro equeſtris decernatur.

Sed Papirius Cattaneus longe celeberrimus patronus defuncto alteri Cattaneo, in Senatum ſuffectus in Franciſcano phano ſibi viuens Cattaneus hoc ſepulcrum poſuit.

D. O. M.

Gaſpari Cattaneo
Valiano
Viro fide & probitate
praſtanti, &
Thomaſia Burra
Lectiſsima fœmina
Parent. opt.
Gineprîa Cacia vxori
Dulciſsima, &
Iulia, & Hortenſia
Camilla filiolis cariſsimis
& ſibi.
Camillus I. C. Mediolani
Rerum Capit. Præfectus III.
Et Senator Cremona Prator.
T. F. P.
Fabritius, Io: Baptiſta
& Iacobus Philippi fratres
fecerunt &
ſibi liberis, Poſteriſq. ſuis
Anno. M. D LXXX.

Dd Et eo-

Digitized by Google

Et eodem tempore Bartholomæus Brugnolus iam in Hiſpanijs Conſiliarius Senatus Princeps, & Aloyſius Bellonus demortui; hic in Sacra Euſtorgiana æde eſt conditus.

Aloyſio Bellono
Qui patriæ Alexand. & familiæ ſplendorem
Derthonenſis, mox Ticinenſis vrbis præfectura
Quæſtoris Ordinarij
Senatoris. & Vice Præſidis dignitatibus
Jlluſtrauit & ipſas dignitates præclariſs.
Virtutibus reddidit illuſtriores.
Violantæ eius vxori, vnanimis concordiæ.
Franciſcus Panigarola Senator, & Iuſtitiæ
Præf. ſororio, & ſorori benemeritis
Beneficus Poſuit
Vt coniunctiſſimorum animorum corpora
ne mors quidem diſiungeret.
Anno ſalutis CIↃ. IↃ. C. VII.

Brugnolus in S. Pauli extra mœnia Ticini eſt ſitus; cum hoc titulo.

D. O. M.

Philippi II. & III. Cathol. neſtori, aut potius Regiæ mentis Conſiliario, Bartholomæo Brugnolo, Senatus Med. ol. Præſidi, qui tanquam nouus Vlyſſes, ſyrtes omnes enauigauit, Italiæ Regens in alto

Digitized by Google

in alto ſyrenum ſemper contempſit voces, Senator in ſcyllam, & Charibdim tuto medius continenter euaſit Iuſtitiæ ſemel atq; iterum præfectus glorioſè antrum cyclopis effugit, in omniq; publico munere à cyrcæis poculis abſtinuit.
Hieronymus & Annibal nepotes ex fratre Patritij Ticinenſes P. C. Anno ſuæ ætatis LXI. Obijt IV. nonas. Septemb. MDCIII.

Senator Seſſe Hiſpanus è Senatu mouetur, vt maxime mirum videatur geminos tantum ab ordine condito patres, eoſq; hiſpanos Magiſtratu ſe abdicari ab ſupremo Conſilio fuiſſe iuſſos. Ludouicus Acerbus Bellonio & Emanuel Puteus Seſſe ſucceſſere. Ioannes Martinex, & Georgius Ripa fato concedunt. Ticini in diui Auguſtini Ripa quieſcit.

Georgio Ripa
Senatori Regio.
Qui varia idiomatum ac litterarum peritia Eminentiſs. annos 36. in patrio Ticinenſi gymnaſio, & legum nodos exoluit, Cremonæ præturam integerrimè geſsit
Annoq; ætatis 66. Salutis vero 1604. VI. Kalend. Octob. obijt.
Gulielmus frater B.M. ex triente H. Pietatis ergo Poſuit.

Per idem tempus ordinis Princeps, Iacobus Maynoldus creatur. Comes Ludouicus Taberna, & Hieronymus Callientius in Senatum leguntur; & Rouida Regens, ita conſiliarios in illa aula appellant, fatalem ſuum locum ceſſit Hieronymo Caymo, vt hic tantò felicior per longum æuum, quantò ille infelicior breui, exiſteret. Vix annum ingentes ſuæ domus ſpes fallens in Hiſpanijs Rouida vixit, quaſi viri fatum approperaret, quò ſecundiſſimam fortunam Illuſtriſſimæ Caymæ domui maturaret. Neq; defuit generoſa ſoboles, quæ multifariàm liberalitatem regiam aliquando delibaret. Menſe Iunij in Hiſpanias ſoluit Caymus vix Senator iam Regens proſpera nauigatione vſus vſq; ad extremum vitæ ſuæ, quod raræ felicitatis eſt. Cæterum tribus Regibus acceptiſſimus iuxta ac optimatibus. Qui præter ingentes animi dotes, quibus eius reſponſa ferme pro oraculo habebantur, eamdem moderationem, & in corporis, domuſq; cultu modeſtiam ad demerendos hiſpanos ſingularem, quam in primo in aulam ingreſſu præſetulit, per annos duos & viginti eodem tenore triumphalis ſenex maximo artificio conſeruauit. Et tulit ampliſſimos fructus optimarum artium, cum ſumma numinis indulgentia, vt dignos etiam tanto auunculo heredes haberet.

Cæterum Rouida inter paucos memorandus. Eximius honoribus, atq; virtutibus fuit. planè di-

gniſſimus,

gniſſimus, cui vnus Hieronymus Caymus ſuccederet. Et domi, & foris inclytæ famæ vir. Roma, Gallia, Brittania, quas ipſe Orator ab Rege adiuit, & Hiſpaniæ, quibus oſtenſus magis, quam datus, tam cito deſijt, æternùm tamen Rouidias canent laudes. Summo viro hoc Eulogium Comes Io: Baptiſta filius in Diui Stephani Mediol. P.

Alexandro Rouidio G. F.
Ex Collegio Mediolanenſi
Iuris & iuſtitiæ conſultiſſimo
Oratori Maximo.
Ob efficaciam, fidem, & prudentiam
Ad fiſci Aduocationem
Senatoriam dignitatem promoto
litigantium parenti, potius, quam Iudici
Pro hiſpaniarum, & noui orbis Monarcha
Grauiſſimis legationibus
Ad Clementem VIII. P. M.
Henricum IV. Galliæ Regem
Prudenter feliciterq; functo
Ad Iacobum magnæ Brittaniæ Regem
Propugnato iure
Stabilito fœdere.
Vt tandem Hiſpaniam theatrum virtutum
Suarum faceret
Et Patriam muneribus cumularet
Regio in ijs quæ pertinent ad res Italas
in Hiſ-

in Hiſpanijs conſiliario
Cæcilia Craſſa Franc. J.C. ex SS. Collegio
Poliani dynaſtæ. F.
mater contra votum
Jo: Baptiſta filius Comes Montis Oldonis
Parent. Opt. Mæſtiſ.
P.
Vixit Annos LI. menſes III.
Deceſsit VI. Non. Octob. ɔɪc. ɪc. v.

Sed Deſiderius Merzagora, & Truſſus de Truſſis Cremonenſis, Ioſeph Archintus in Senatum leguntur. Galleazius Vicecomes, Hieronymus Sanſonius, & Iacobus Menochius mortalitatem expleuerê. Menochius lumen iſtius ſeculi, vt ingentia edita volumina indicant, ſummo literatorum omnium dolore deceſſit. luxerê virum illuſtriores orbis Academiæ, quas ipſe legibus exoluendis, ac explicandis multos per annos nobilitauerat. In B. Virginis a Canepanoua Ticini doctiſſimi viri cineres carnis reſurrectionem præſtolantur. Eulogium haud a vulgari ingenio adhibitum.

Jacobus Menochius
Magnum Iuſtitiæ Oraculum
In Pedemontana, Patauina, Ticinenſi Cathedra, tum Mediolani cum Senatorem, mox Præſidem & regium ageret conſiliarium, deniq; in
orbe

orbe vniuerſo auditum hic tacet. Conſulenti
tamen adhuc reſponderet, ſi plura quam
ſcripſit dici poſſent.
Obijt anno Chriſtiano MDCVII. die x. Auguſ.
natus annos LXXV.

Sanſonius in Sacra Diui Angeli Mediol. eſt ſitus, titulus gentilis ſacelli, magnificè tabulis, & auro inſtructi indicat.

Hieronymo Sanſonio Regio Senatori
Iuris prudentia, & aduocatione præſtantiſſimo
Qui à Colleg. I.C. ad Greg. XIII. P. M. legatus
Graue negotium feliciter tranſegit
Vrbis Præfectura iterum geſta
Parentis patriæ nomen excepit
Senatorium ordinem adeptus
Eximium integritatis ſpecimen reliquit
Auunculo amantiſſimo
Antonius Vic. Sanſ. heres P.
Obijt Prid. Kalend. Nouemb. CIↃ.IↃ.VI.

Fonteius Comes interea prouinciam ſumma cum fide & æquitate adminiſtrabat, & cum vbiq; ingentibus ſumptibus ſpeculatores aleret, in Gallijs magnas copias comparari ab bellicoſiſſimo Rege Henrico acceperat. Ipſe haud vanis ex rumoribus Inſubriam deſtinari, cum præſenſiſſet, legiones Mediolani

diolani ſcribebat; breuiq; cum magno finitimorum metu, adeo hiſpanica arma per ea tempora per horreſcebant ingentem exercitum inſtruxit. Cæterum partim in Belgium, partim in Germaniam milites ab Rege dimittere iuſſus, tumultuantibus ſcilicet Italiæ Principibus id quæri vt prætextu gallico bellum aliquod in Italia pararetur, nequicquam numen, hominesq; accuſans, falli Principem teſtatus comes, tantam molem diſſoluit. Et agebat per ea tempora Mediolani Condæus Princeps, quē comes per ſpeciem obſequij, re vera, vt eum accuratiſſimè obſeruaret ſplendida militum manu per vrbem comitabatur. Hoc anno Franciſcus Panigarola ſummi ſacri oratoris frater, & Io: Rodriquez de Salamança hiſpanus viuentis Senatoris, nunc Prætoris Cremonę pater, defunctis patribus ſuffecti. Franciſcus Gluſſianus dein in Pontremuli oppido, dum illùc ad viſitandos fines iuiſſet eſt mortuus. Iacobus Antonius Carpanus anno ſubſequenti, Hieronymus Pallauicinus, Iacobus Alifer, quæſtoris viuentis Pater Senatum iniuerê. Hic annus gallico cœlo funeſtiſſimus, parricidæ manu Henricus tot præſagiorum vt alter Cæſar contemptor concidit. Ita immenſa illa, quæ vaſto animo verſabat, momento heù rerum vices, euanuerê. Et tertium intra ſeculum regia illa cruenta domus. Sub idem tempus Mediolani Fonteium Comitem extulimus clariſſimum in pace & in bello ſuæ ætatis imperato-

rem;

rem; & Ambroſiana Bibliothæca per hos dies excitata. Propè hanc diceres orbis miraculum, ſi priuati Cardinalis opulentiam ſpectes. Magnum opus viris ſummis animatum, monimenta vulgata eos indicant. Anno inſequenti Vrbs Mediol. in omne gaudij, & lætitiæ genus diffuſa; ob CAROLVM amantiſſimum olim Paſtorem Vaticanæ purpuræ decus, nepotum Summorum Pontificum exemplũ in cæleſtes ab Paulo V. relatum. Obſtupuitq; miraculo pompæ vrbs illa ſtuporis fermè neſcia, quam ad miniſterium Patriã tranſmiſit. Nec mirum integræ iam tum opes erant, neq; tantis cladibus quæ poſtea ſecutæ ſunt, nimium quantum attenuatæ. Sed Marchio Mendocenſis Comiti Fonteio ſucceſſit, & per interregnum illud, arcanum conſilium Gubernatoris vices gerebat. Interea Ordinis Princeps Maynoldus cum omnium mærore exitũ huius anni obijt, Auguſtinus Dominicus Squarciaficus anno ante Senator ſummum faſtigium obtinet. Nicolaus Leyzaldus Fiſci patronus, nunc Magiſt. Extraord. Præſes integerrimus in Vrtadi de Mendozza locum eſt ſuffectus. Et anno inſequenti, bello inter Sabaudum ac Mantuanum inſigni, iam diu oſtenſus a fatis, quæſtor Iulius Areſius, ob Carpani funus in Senatum legitur. Cæterum de viri virtute, ingenio, acumine, ipſemet Rex in diplomate latè diſſeruit. Inter alia &c.

Ipſum ad hoc munus merito aſſumendum puta-

mius, illius enim iuris peritia, in negotijs agendis experientia, prudentia, eruditio, quantaq; integritate, æquitate, & omnium approbatione officium Quæſtoris Magiſtratus noſtri extraordinarij Mediolani per ſeptem annos obierit, haud nobis latet &c.

Vix Magiſtratum inierat approperantibus viri eximijs dotibus, valetudinario Puteo Magiſt. Ord. Præſidi eſt ſuffectus. Et ſummis honoribus, quos in Patria breui obtinuit tarditatem in illis adipiſcendis compenſauit. Hoc anno improuiſo fato ereptus Dux Mantuanus parua fœminea prole relicta ingentium diſcordiarum materie, quæ Italiam per multos annos turbauere. Ceterum Gõzaga domus ferme fatalis Imperio Mediolan. Perpetui imbres mixti grandine; & ſexcẽta loca in Inſubria de cælo tacta infelicia omina futurarum cladium fuere. Turbidis reb⁹ veluti ſydus affulſit Io: Baptiſta Trottus Præſidi Squarcia fico futuræ dignitatis omine, & Ioannes Baptiſta Vicecomes Fiſci patronus & ſummæ omnino Iuris peritiæ Areſio ſuffecti. Merzagora hoc anno eſt mortuus; quem Iacobus Alifer Ticini tunc Prætor eſt ſequutus. In ſacra Med. Franciſcana æde quieſcit filij Patri hoc Eulogiũ poſuerè.

Iacobo Aliſero

Hieronymi & Claræ morone F.

Patritio ac I.C. Collegiato Med.

Cauſarum Patrono clariſsimo.

Indi-

Iudicium Æquiſsimo
Difficillimis Reipublicæ temporibus
Annonæ bis Præfecto prouidentiſsimo
Regio ſummæ integritatis Senatori
Qui cunctis his honoribus
Cum omnium laude perfunctus
In Pratura Ticinenſi
Mortalitatem omnibus mœrentibus exuit
Vixit Annos LXIX. Obijt Prid. Calen. Iunij
CIƆ. IƆC. XV.
Io: Andreas, & Martinus fratres I.C. ex
eodem Collegio Parenti optimo mœſtiſs.
P.

Io: Thomas Gallaratus familiæ Senatoriç, quę decẽ iam numerat, & ſumma felicitate attauũ abauũ auũ & patrẽ videre maiores noſtri ampliſſimos eiuſdem Senatus Senatores, & iam in Carolo Io: Thomę filio ſummæ ſpei melioris indolis adoleſcente iam futuri & auiti faſtigij clariſſima apparent argumẽta. Aloyſius Meltius, Metzagoræ & Aliferi loca ſubiuerẽ; & Toletanus Princeps Marchioni Mendocenſi in hoc imperio ſuffectus præclarè Sabaudo Duci illuſit. Vercellas muniriſſimam vrbem primam huius ſeculi fortiſſimus Imperator ad deditionem compellit. Celebris circumuallatio ea, diuq; fuit in ore hominum, multoſq; militari gloria inſignes fecit. Cæterum paucorum menſium

tam ſumptuoſum opus. Redditæ ab Rege Vercellæ familiari illa hiſpaniarum Regum innocentia, & facilitate. Toletanus dux confectam Prouinciam feriæ ſucceſſori tradidit. Salamanca per hos dies Magiſtratus extraordinarij Præſes lectus, Mathæus Maldonatus in eius locum eſt ſuffectus. Et hoc anno portentoſus Cometes per multos dies efulſit, quod magnorum Principum imminens fatũ haud dubiè portendit; feria per eos dies in Vallem tellinam imperio Mediolanenſi conterminam, belgico itineri per commodam hæreſis puniendæ prætextu (clericum quemdam inſignem Ruſcam varijs cruciatibus necauerant eæ gentes) per multa ſecula ab exteris armis intactam, primus Hiſpanorum duxit. Cæterum licet ea gens ad imperium Mediolanenſe attineat, illi latè quondam Mediolani Duces dominati ſunt, & pars Inſubriæ verò dici poſſit, vt in corrupta monimenta, quæ apud I.C. Carolum Gaggium patricium nouoComenſem celeberrimum cauſarum patronum ac per multos annos ſuæ patriæ oratorem aſſeruantur. Neq; propterea iniuria id a feria tentatum Præpoſitiq; Turriani ſcalenſis ſtudia, qui id maximè promouit, vti a ſubiecto ſui Principis ſtudioſo fuiſſe deſiderata finitimos tamen ingentibus ſuſpicionibus noua res repleuit. Præbuitq; diu materiem inteſtino bello, eò maximorum Regum armis conſociatis. Et magnum incendium excitauit, ad quod reſtinguendũ

vix

vix quatuordecim annorum lacrimæ ſuffecerē. Sed Senatus Princeps, & Comes Ludouicus Taberna annonæ militari præfectus, diem obiere. Iulius Areſius è veſtigio Squarciafico ſuffectus. Principallis Montius auguſtæ prolis parens, Paulus Bellonius Ticinenſis inclytę facundię & I.C. in Ticinenſi Gymnaſio primarius interpres, Petrus Franciſcus Corius, Valerius Confalonerius, Ferdinādus Quintana duennas, raræ probitatis & candoris in Senatum leguntur. Sequitur annus non Inſubriæ modo, ſed fermè toti orbi luctuoſus. Matriti Philippus Rex, religione, pietate, innocentia, atq; animi moderatione nemini ſecundus deſijt. De more Mediolani regia funera decreta. Innumeræ arſerè faces in ſacra maiori æde. Exequias Senatus, magiſtratus, pullati ab ære regio ſpectarunt. Luſitq; luculenter Emanuelis Theſauri in funerea pompa adornanda Areſij iuſſu ingenium. Eulogia, inſcriptiones, in hāc rem Epigrammata, & alia maximi & eruditiſſimi viri vulgata extant. Cæterū Federicus Archiepiſcopus Card. maieſtate illa, quæ peculiaris illius fuit, ternis Epiſcopis comitatus, cum toto clero vrbano linteato rem ſacram fecit. Et Senator Bellonus graui facundia Principem laudauit. Vaſtiſſimum hiſpanum orbem ſibi è veſtigio regendū ſuſcepit altæ indolis filius PHILIPPVS huius nominis IV. Pinciæ eſt natus anno huius ſeculi V. & anno ſeptemdecimo orbis imperium aſſecutus, iam

ea ætate

Digitized by Google

ea ætate ſua iuuenili vidit, quibus maiora, vel atrociora duobus ſeculis magni eius Aui, & Parentes minime videre. Et citra aſſentationem magnum illum ętas canet, in quo vno inuictus animus Abaui ſumma prudētia Aui viget ſanctitas & innocentia Parentis. Battauus, Gallus, Brittanus, Suecus, Germanus, & reliqua colluuies orbis ferme eodem tēpore in Philippi imperium nequicquam conſpirarunt. Octonos iuſtos exercitus, cum immani illo ſumptu tormentarij pulueris priſcis incogniti ipſe vnus alit. Quod nunquam Romanis vel orbis Dominis contigit. Numenq; rebus hiſpanis adeſſe peculiari quadam prouidentia vel ipſimet hoſtes fatentur. Et quidem arces humanitùs non vi, non operibus expugnabiles, fortiſſimi Imperatores tanti Regis auſpicijs, quibus ſi reuiuiſcerent ipſimet Cæſares & Pompei antiquitatis numina inuiderēt, domuerè ad deditionem compulerè. In maximarum curarum partem Oliuarum Comitem ſummo Iudicio aſſumpſit. Hic ita rerum tantæ monarchiæ curſum moderatur, ita tempeſtatum vim, maximorum alioqui hoſtium retundit, tot bellis, proditionibus, defectionibus ab inferis excitatis, prudentia, conſilio, auro, imperatoribus, copijs, claſſibus tormentis opportunè immiſſis, illudendo, vt incolumitatis ſuæ magnam partem illi debeat non auſtriaca tantum dominatio, ſed vniuerſus orbis catholicus. Iam Ferdinandus hoc anno ab Comitis vigilijs regnat,

gnat, cæſis fuſiſq; hoſtibus, illuſtribus proditoribus necatis. Quæ res etſi ſexcenta decora Guzmanicæ domui ſilerent illam inclytę famę omni æuo faciet. Comitis monimenta, & virtutes vnum in volumen Marchio Virgilius Maluezius Annæa eloquentia, quā ipſe primus in hetruſco habitu feliciſſimè exhibuit collegit, cuius exemplū ſecuti multi nequaquā ingenio pares, ita minime conatui reſpondere, vt facile appareret non ex omni ligno fieri mercurium. Cæterum viuat Rex neſtoreos annos & Comes, aureumq; eorum vitæ filum, dum parcæ nent recordentur ſe humanæ felicitatis ſtamina præ manibus habere. Sed Mediolani per hos dies Princiuallis Montius Senator moritur, non ſuis tantum virtutibus memorandus, ſed magnam ob prolem relictam à ſcriptoribus ſemper celebrandus; mitiſſimi ingenij, antiqui moris, raræ frugalitatis, & in inſtituendis filijs vſq; ad inuidiam felix. Ex illuſtri Matrona ANNA Landriana filios duos ſuſcepit, vtroſq; in ſummam ſpem genitos. Quorum alterum in Romana, neapolitana, & hiſpana aula ſummis gerendis negotijs egregiè probatum, iam Cardinalem, & Archiepiſcopum patrium veneramur, alterum in Senatum lectum, heu nimis immatura fata, anno inſigni trigeſimo huius ſeculi Senatorem, & patriæ parentem extulimus. Per idem tempus Ludouicus Vignatus patritius Laudenſis, celeberrimus in vrbe Roma cauſarum patronus, quem ipſa rota Romanā

conſu-

conſulere haud ſemel non erubuit eiuſq; ſapientię, integritati, ac ſummæ dexteritati res longè grauiſſimas comittere ipſemet Rex inuictiſſimus è re ſua duxit Truſſo de Truſſis ipſomet Pontifice maximo Greg. XV. nitente eſt ſuffectus, & Magius Cremonenſis,& Maldonatus hiſpanus mortalitatem intereà exuerè. huius in Franciſcana ęde tumulus extat cum hoc titulo.

Hieronymus Callent. Hiſpanus
Iuris Conſultus Aduocatus Senator
& Margaritta Caſtruccia Coniuges.
Quieſcunt &c.

Et altero Octauianus Picenardus, nunc Magiſtratus Ordinarij Præſes in Ticinenſi gymnaſio celeberimus primarius I. C. interpres, in Senatum legitur. Cæterum ſummum Picenardi ingenium, virtutes, aliaſq; animi dotes, quibus infra mortalia eminemus, ipſe ampliſſimus ordo ſuis ad Cremonam eſt teſtatus.

Egregius I.C. Dominus Octauianus Picenardus Cremonenſis fuit a Senatu noſtro propter eius excellentem iuris ſcientiam,& elegantem dicendi peritiam & alias præclaras animi dotes vltro inuitatus atq; delectus ad ius ciuile in Academia Ticinenſi interpretandum,& in altera epiſtola.

Hoc vero anno in renouatione tabularum inſequentis

quentis anni, attenta laudabili fama vndequaq; per vulgata de multa virtute præclariſq; dotibus ipſius D. Picenardi eumdem nihil petentem, ſed iudicio Senatus ſe ſubijcientem fuiſſe reconductum ad eãdem lecturam per quinquennium cum ſalario ſcut. 600. Addita etiam paritate cum primario matutino. Id quod paucis vel fortaſſe nulli alij contigit.

Demortuo Corio in hiſpanijs conſiliario fuerat ab Rege ſuffectus Picenardus. Verum ingraueſcens ætas, tantum virum, infinito totius prouinciç mœrore illi aulæ inuidit. Cæterum non alius facundior, doctior, eruditior, ſiue peroret, ſiue ſcribat, ſiue etiam familiariter verſetur; & in Veneta legatione ab Sereniſs. Infante miſſi, in ſe ſapientiſſimam illam Rempublicam, viri miraculum conuertit; Et citra inuidiam inter huius ætatis maxima ornamenta Picenardus numerandus. Maximaſq; dotes pari manuum innocentia CAMILLVS Cremonenſis tuetur: Io: Ruiz de Laguna fiſci patronus, Alexander Craſſus, Horatius Maynoldus per hos dies Senatorio faſtigio nobilitati. Trottus deinde Magiſtratus ordinarij Præſes creatur. Gaſpar Turrianus multorum annorum quæſtor vir doctiſſimus, & Carolus Antonius de Magiſtris Ticinenſis, non cognomento minus, quàm omnis probitatis, candoris & innocentiæ magiſter, Senatores ampliſſimi declarantur. Hic diu pro ſuæ patriæ orator prudentiſſimus, dein Bellonio ſuffectus, ſtudiorum

Ff moderা-

moderator, mox Propræſes ſapientiſſimus. Et Ticinenſe delitium dices, tantæ ingenij ſuauitates viro inſunt; vt fermè optimatium illius vrbis, ipſe ſit Dominus & arbiter. Studia ita moderatur ac regit, vt non aliàs Ticinenſis Academia, vel celeberrimis profeſſoribus floruerit magis vel numeroſiore iuuentute, turbas & motus ſi qui oriuntur mira felicitate cõponit. Tam mitis, quàm prudens, tam prouidus quàm humanus. Vtinam diutiſſimè viuat tantus vir de me ſemper optime meritus. Sed Vallis tellina hiſpanica prorſus dexteritate intercepta altè Italiæ Principum animos vrebat. Galli, Veneti, & Sabaudij conſpiratione inter ſe facta in Inſubriæ perniciem conſpirauerant, vt inter motũ armorũ Allobrogum & ligurum, ipſi ab ea parte quà larius emanare incipit, in ditionem Mediolanenſem irrumperent. Sed eos feria per Comitem Io: Sorbellonum legatum incredibili felicitate frenauit. Et vt armorum ſuorum innocentiam Hiſpanica moderatio teſtaretur Pontificio militi, prædam, iam captam vulturenam vallem cuſtodiendã tradidit. Cæterum breui Pontificis Gregorij obitu ad ingenium redijt infelix ad hæreſim turpiter relapſa regio. Sub hæc gliſcentibus magis inter Pedemontis principem, ac Genuenſes diſcordijs, ab his ad arma ventum erat. Iamq; ſi Genuam excipias fermè totum imperium liguſticum Gallorum copijs adiutus Sabaudus domuerat. Frequentes legati
Genuen-

Genuenſes Mediolanum implorantes auxilium venerê. Feria quò catholici Regis ſocijs auxilium ferret, Alexandriæ ſub ſignis triginta quinq; amplius millia mortalium dicitur habuiſſe. Verum tantis copijs Verucanum oppidum illuſit. Hoc anno Paulus Rhaudenſis demortuo Maynoldo ſufficitur, fiſci patronus præſtantiſſimus, Romęq; ab Rege diu verſatus, vir præter exquiſitam iuris ciuilis ſcientiam, ſingularis eruditionis. Agebatur annus vigeſimus ſextus huius ſeculi cum Io: Baptiſta Arconatus vir infinitæ integritatis & amoris in patriam Capitaneus Iuſtitiæ, ob demortuum Confanoneriũ in Senatum legitur. Et feria in Hiſpanias accerſitus Cordubæ prouinciam tradidit. Vix diſceſſerat ingentium cladium materies ſine ſtirpe diem obit Princeps Mantuanus. Gonzalius ſpe per proditionem vrbis potiundæ ſeptem millibus militum auſus fortiſſimam ac munitiſſimam vrbem tentare. Sed euentus haud probauit auſum. Longiorem quàm ipſe putarat obſidionem pertæſus, nec non venientis Regis Galli famą commotus militem ab obſidione in hyberna deduxit, ipſe Mediolanum contendit. Iam totà Italià ingentibus ſuſpicionibus plenà ſequitur ſumma annonæ caritas in Inſubria. Herbis ſubinde naſcentibus, arborumq; folijs haud temperatum ab dicta fame, fraudatis ſuo alimento iumentis. Agreſtes maxime & montani paſſim in vijs horribili ſpectaculo defecerê. Et decit

Digitized by Google

tragicos caſus Mediolanum, dum in piſtores furit ac ſæuit lurida plebes die illa inter cæteras ſancto Martino dicata, quę ipſoſmet Canonicos Ordinarios dum de more pſalmodiæ vacarent, ad ingens incendium, prælata Cruce exciuit extinguendum. Et principes viri equites per inclita vrbis loca, per præcones annonam viliſſimam, quò diriſſima tempeſtas ſedaretur, vulgauerè. Cæterum quatuor ſuſpendio virùm ſtetit immane ſcelus. Vrbiſq; ædilis vix in arce ab furibunda plebe ſeruatus. Hiſpanorumq; ſtationes per vrbem ijs turbulentis temporibus vidimus. Sed Michael Angelus Cacia, Antonius Gallia quæſtor Alexandrinus, & Marcus Antonius Montius Fiſci patronus præſtantiſſimus in Senatum leguntur. Montius patronorum Inſubrum diſertiſſimus æque ac doctiſſimus. Infinitis viris, qui ad eum conſulendum, tanquam ad certiſſimum oraculum aduolabant, minime ipſe cum multis amanuenſibus ſufficiebat. Multas cauſas Senatu coram egit pari facundia, ſapientia, ac plauſu, vt inter illos Iuris ciuilis nodos, & ſpinas, Plautinas & Ciceronianas roſas identidem admiſceret, quas ipſe lepidiſſimè exhibens mirum dictu, quãtum Auditores oblectaret. Fiſci patronus creatus, ad rem regiam tuendam ac procurandam planè ad miraculum, quæ ipſe ſcripſerit. Sed paucorum menſium Senator, qui ſe Patriæ, Romanis Decijs maior deuouit, publicam ſecuritatem, priuatâ potiorem habens

valetu-

valetudinis Pręſes. Et qui infinitos mortales, ſua prouidentia, vigilantia, perpetuo labore, ab clade ſubtraxerat, pars ipſe cladis eſt effectus. Ita nimium citò tantum bonum amiſimus, tam ingentem publici ac priuati decoris materiem. Vniuerſæ ciuitatis luctum habuiſſet, niſi ipſa alienata a ſenſibus, inter immenſos mortuorum cumulos & morientiū eiulatus fermè deſtituta ſpiritu extitiſſet, Sapientia, Iuriſprudentia pullatæ ab eius funere inceſſiſſent, Facundia ipſa tantum Alumnum pro roſtris laudaſſet, Pictura, ſeptenæq; artes liberales funeream molem ſuis ſumptibus excitaſſent, niſi quod in extremis ſolet, perijſſent lacrimæ, ingenium & verba. Sed ingentem ictum, qua tanta domus perculſa eſt, Pollux alter purpureus reparauit, qui ſuis clariſſimis radijs, non Inſubriam modo, ſed totum orbem aliquando illuſtrabit. Gallia Alexandrinus quæſtor, ſenex optimus & innocentiſſimus, famamq; ſui ſemper æqualem ſeptuagenario maior mirificè cōſeruauit. Cremonæ Prætor, dein Ticini hac tempeſtate, hiſce longè difficillimis Reipublicæ temporibus, queis fermè omne ius in armis ſenilem experientiam adprimè neceſſariam eſſe demonſtrat. Interea Caymus Regens Matriti primo ſuper vigeſimum annum, quàm eò iuiſſet, expirauit. Tanti viri imaginem, ne diu in ſolitudine eſſet Hiſpanica magnitudo in Othone nepote inuenit. Cæterum Caymam prudentiam magnam partem ſuæ felicitatis,

tatis,cum dominantes ſemper exiſtimarunt,tum ſecutæ clades diſertiſſimè comprobarunt. Et quidem fermè omnia, quæ aduerſi Hiſpanico cœlo acciderunt, callidiſſimus ſenex prçuiderat. Vulturenam expeditionem liberrimè ſemper fuerat abhominatus, & ab hac re cum ſua domo Illuſtres ſimultates contraxerat. Regibus iuxtà ac optimatibus charus, fermè rerum dominus. Non eam tamen opulentiam,quod mireris in diuturno togæ Inſubricæ tot annorum Pontificatu domi ſuæ reliquit, quæ tantæ fortunæ reſpondeat. Non cõtinuauit auitos agros, non magnos annuos redditus inſtituit,pinguia tantũ aliquot Sacerdotia, ſed mortalia vni vel alteri ex nepotibus attribuit. Monimenta minime otioſi vel in sũmis negotijs tãti viri fortè aliqua dies vulgabit. Matriti eſt ſitus, hoc Eulogium Otho Senator in Euſtorgiano auito gentis ſacello adhibebit.

Hieronymo.Caimo.Bar Ptol. F.
Patricio. Mediolanenſi
Juriſc. ex Collegio.Selec. Iud.
Præfecto Vrbis. Ædilicia. Poteſtate
Ad Philipp. II. Hiſp. Regem. Med. Duc.
Pro.Patria. ſua.legato
Aduocato Fiſci, Quæſtori extraord. Red.
Senatori
Regio in ijs. quæ pertinent. ad res.Italas
Alijſq; grauioribus. quibuſq;
Conſiliario *Pie-*

Pietate. fide. ſcientia. rerum. vſu
moderatione. morum. ſuauitate
conſpicuo.
Vixit Ann. lxix. deceſsit xvi. Kal. Sept. 1627.
Otho. Caymus. Gaſparis. F. Senator
Patruo opt. mer.
P.

Et Marcus Antonius Caymus ille Cęſareus Senator, ac litterarum politia adeo conſpicuus, in ſacra S. Angeli Mediolani æde eſt ſitus; auitum ſepulcrũ reſpuens, quò tantorum virorũ nobiliſſimæ Caymæ Gentis cineres, non vnum tantũ locum nobilitarēt.

P. Paulo Caymo.
Summæ integritatis Viro
Margaritta Coruina ab Aretio
Oriund. matrona ſpectatiſsima
M. Antonius I. C. & Senator
Alexan. I.C. Io: Albertus & Io: Baptiſta
& Philoſophus & Medicus
filij
Parent Optimis
ſibi poſteriſq; ſuis
Qui ſedem hanc Euſtorgianæ maiorum ſuorum
prætulerint. Sepul. P.
Anno 1560.

Caymo

ea ætate ſua iuuenili vidit, quibus maiora, vel atrociora duobus ſeculis magni eius Aui, & Parentes minime videre. Et citra aſſentationem magnum illum ętas canet, in quo vno inuictus animus Abaui ſumma prudẽtia Aui viget ſanctitas & innocentia Parentis. Battauus, Gallus, Brittanus, Suecus, Germanus, & reliqua colluuies orbis ferme eodem tẽpore in Philippi imperium nequicquam conſpirarunt. Octonos iuſtos exercitus, cum immani illo ſumptu tormentarij pulueris priſcis incogniti ipſe vnus alit. Quod nunquam Romanis vel orbis Dominis contigit. Numenq; rebus hiſpanis adeſſe peculiari quadam prouidentia vel ipſimet hoſtes fatentur. Et quidem arces humanitùs non vi, non operibus expugnabiles, fortiſſimi Imperatores tanti Regis auſpicijs, quibus ſi reuiuiſcerent ipſimet Cæſares & Pompei antiquitatis numina inuiderẽt, domuerè ad deditionem compulerè. In maximarum curarum partem Oliuarum Comitem ſummo Iudicio aſſumpſit. Hic ita rerum tantæ monarchiæ curſum moderatur, ita tempeſtatum vim, maximorum alioqui hoſtium retundit, tot bellis, proditionibus, defectionibus ab inferis excitatis, prudentia, conſilio, auro, imperatoribus, copijs, claſſibus tormentis opportunè immiſſis, illudendo, vt incolumitatis ſuæ magnam partem illi debeat non auſtriaca tantum dominatio, ſed vniuerſus orbis catholicus. Iam Ferdinandus hoc anno ab Comitis vigilijs regnat,

gnat, cæſis fuſiſq; hoſtibus illuſtribus proditoribus necatis. Quæ res etſi ſexcenta decora Guzmanicæ domui ſilerent illam inclytę famę omni æuo faciet. Comitis monimenta, & virtutes vnum in volumen Marchio Virgilius Maluezius Annæa eloquentia, quā ipſe primus in hetruſco habitu feliciſſimè exhibuit collegit, cuius exemplū ſecuti multi nequaquā ingenio pares, ita minime conatui reſpondere, vt facile appareret non ex omni ligno fieri mercurium. Cæterum viuat Rex neſtoreos annos & Comes, aureumq; eorum vitæ filum, dum parcæ nent recordentur ſe humanæ felicitatis ſtamina præ manibus habere. Sed Mediolani per hos dies Princiuallis Montius Senator moritur, non ſuis tantum virtutibus memorandus, ſed magnam ob prolem relictam à ſcriptoribus ſemper celebrandus; mitiſſimi ingenij, antiqui moris, raræ frugalitatis, & in inſtituendis filijs vſq; ad inuidiam felix. Ex illuſtri Matrona ANNA Landriana filios duos ſuſcepit, vtroſq; in ſummam ſpem genitos. Quorum alterum in Romana, neapolitana, & hiſpana aula ſummis gerendis negotijs egregiè probatum, iam Cardinalem, & Archiepiſcopum patrium veneramur, alterum in Senatum lectum, heu nimis immatura fata, anno inſigni trigeſimo huius ſeculi Senatorem, & patriæ parentem extulimus. Per idem tempus Ludouicus Vignatus patritius Laudenſis, celeberrimus in vrbe Roma cauſarum patronus, quem ipſa rota Romana

conſulere haud ſemel non erubuit eiuſq; ſapientię, integritati, ac ſummæ dexteritati res longè grauiſſimas comittere ipſemet Rex inuictiſſimus è re ſua duxit Truſſo de Truſſis ipſomet Pontifice maximo Greg. XV. nitente eſt ſuffectus, & Magius Cremonenſis, & Maldonatus hiſpanus mortalitatem intereà exuerè. huius in Franciſcana ęde tumulus extat cum hoc titulo.

Hieronymus Callent. Hiſpanus
Juris Conſultus Aduocatus Senator
& Margaritta Caſtruccia Coniuges.
Quieſcunt &c.

Et altero Octauianus Picenardus, nunc Magiſtratus Ordinarij Præſes in Ticinenſi gymnaſio celeberimus primarius I. C. interpres, in Senatum legitur. Cæterum ſummum Picenardi ingenium, virtutes, aliaſq; animi dotes, quibus infrà mortalia eminemus, ipſe ampliſſimus ordo ſuis ad Cremonam eſt teſtatus.

Egregius I.C. Dominus Octauianus Picenardus Cremonenſis fuit a Senatu noſtro propter eius excellentem iuris ſcientiam, & elegantem dicendi peritiam & alias præclaras animi dotes vltro inuitatus atq; delectus ad ius ciuile in Academia Ticinenſi interpretandum, & in altera epiſtola.

Hoc vero anno in renouatione tabularum inſequentis

quentis anni, attenta laudabili fama vndequaq; per vulgata de multa virtute præclariſq; dotibus ipſius D. Picenardi eumdem nihil petentem, ſed iudicio Senatus ſe ſubijcientem fuiſſe reconductum ad eãdem lecturam per quinquennium cum ſalario ſcut. 600. Addita etiam paritate cum primario matutino. Id quod paucis vel fortaſſe nulli alij contigit.

Demortuo Corio in hiſpanijs conſiliario fuerat ab Rege ſuffectus Picenardus. Verum ingraueſcens ætas, tantum virum, infinito totius prouinciç mœrore illi aulæ inuidit. Cæterum non alius facundior, doctior, eruditior, ſiue peroret, ſiue ſcribat, ſiue etiam familiariter verſetur; & in Veneta legatione ab Sereniſs. Infante miſſi, in ſe ſapientiſſimam illam Rempublicam, viri miraculum conuertit; Et citra inuidiam inter huius ætatis maxima ornamenta Picenardus numerandus. Maximaſq; dotes pari manuum innocentia CAMILLVS Cremonenſis tuetur. Io: Ruiz de Laguna fiſci patronus, Alexander Craſſus, Horatius Maynoldus per hos dies Senatorio faſtigio nobilitati. Trottus deinde Magiſtratus ordinarij Præſes creatur. Gaſpar Turrianus multorum annorum quæſtor vir doctiſſimus, & Carolus Antonius de Magiſtris Ticinenſis, non cognomento minus, quàm omnis probitatis, candoris & innocentiæ magiſter, Senatores ampliſſimi declarantur. Hic diu pro ſuæ patriæ orator prudentiſſimus, dein Bellonio ſuffectus, ſtudiorum

 modera-

moderator, mox Propræſes ſapientiſſimus. Et Ticinenſe delitium dices, tantæ ingenij ſuauitates viro inſunt; vt fermè optimatium illius vrbis, ipſe ſit Dominus & arbiter. Studia ita moderatur ac regit, vt non aliàs Ticinenſis Academia, vel celeberrimis profeſſoribus floruerit magis vel numeroſiore iuuentute, turbas & motus ſi qui oriuntur mira felicitate cõponit. Tam mitis, quàm prudens, tam prouidus quàm humanus. Vtinam diutiſſimè viuat tantus vir de me ſemper optime meritus. Sed Vallis tellina hiſpanica prorſus dexteritate intercepta altè Italiæ Principum animos vrebat. Galli, Veneti, & Sabaudij conſpiratione inter ſe facta in Inſubriæ perniciem conſpirauerant; vt inter motũ armorũ Allobrogum & ligurum, ipſi ab ea parte quà larius emanare incipit, in ditionem Mediolanenſem irrumperent. Sed eos feria per Comitem Io: Sorbellonum legatum incredibili felicitate frenauit. Et vt armorum ſuorum innocentiam Hiſpanica moderatio teſtaretur Pontificio militi, prædam, iam captam vulturenam vallem cuſtodiendã tradidit. Cæterum breui Pontificis Gregorij obitu ad ingenium redijt infelix ad hæreſim turpiter relapſa regio. Sub hæc gliſcentibus magis inter Pedemontis principem, ac Genuenſes diſcordijs, ab his ad arma ventum erat. Iamq; ſi Genuam excipias fermè totum imperium liguſticum Gallorum copijs adiutus Sabaudus domuerat. Frequentes legati

Genuen-

Genuenſes Mediolanum implorantes auxilium venerê. Feria quò catholici Regis ſocijs auxilium ferret, Alexandriæ ſub ſignis triginta quinq; amplius millia mortalium dicitur habuiſſe. Verum tantis copijs Verucanum oppidum illuſit. Hoc anno Paulus Rhaudenſis demortuo Maynoldo ſufficitur, fiſci patronus præſtantiſſimus, Romęq; ab Rege diu verſatus, vir præter exquiſitam iuris ciuilis ſcientiam, ſingularis eruditionis. Agebatur annus vigeſimus ſextus huius ſeculi cum Io: Baptiſta Arconatus vir infinitæ integritatis & amoris in patriam Capitaneus Iuſtitiæ, ob demortuum Confanoneriũ in Senatum legitur. Et feria in Hiſpanias accerſitus Cordubæ prouinciam tradidit. Vix diſceſſerat ingentium cladium materies ſine ſtirpe diem obit Princeps Mantuanus. Gonzalius ſpe per proditionem vrbis potiundæ ſeptem millibus militum auſus fortiſſimam ac munitiſſimam vrbem tentare. Sed euentus haud probauit auſum. Longiorem quàm ipſe putarat obſidionem pertæſus, nec non venientis Regis Galli fama commotus militem ab obſidione in hyberna deduxit, ipſe Mediolanum contendit. Iam tota Italia ingentibus ſuſpicionibus plena ſequitur ſumma annonæ caritas in Inſubria. Herbis ſubinde naſcentibus, arborumq; folijs haud temperatum ab dicta fame, fraudatis ſuo alimento iumentis. Agreſtes maxime & montani paſſim in vijs horribili ſpectaculo defecerê. Et decit

 tragicos

tragicos caſus Mediolanum, dum in piſtores furit ac ſæuit lurida plebes die illa inter cæteras ſancto Martino dicata, quę ipſoſmet Canonicos Ordinarios dum de more pſalmodiæ vacarent, ad ingens incendium, prælata Cruce exciuit extinguendum. Et principes viri equites per inclita vrbis loca, per præcones annonam viliſſimam, quò diriſſima tempeſtas ſedaretur, vulgauere. Cæterum quatuor ſuſpendio virùm ſtetit immane ſcelus. Vrbiſq; ædilis vix in arce ab furibunda plebe ſeruatus. Hiſpanorumq; ſtationes per vrbem ijs turbulentis temporibus vidimus. Sed Michael Angelus Cacia, Antonius Gallia quæſtor Alexandrinus, & Marcus Antonius Montius Fiſci patronus præſtantiſſimus in Senatum leguntur. Montius patronorum Inſubrum diſertiſſimus æque ac doctiſſimus. Infinitis viris, qui ad eum conſulendum, tanquam ad certiſſimum oraculum aduolabant, minime ipſe cum multis amanuenſibus ſufficiebat. Multas cauſas Senatu coram egit pari facundia, ſapientia, ac plauſu, vt inter illos Iuris ciuilis nodos, & ſpinas, Plautinas & Ciceronianas roſas identidem admiſceret, quas ipſe lepidiſſimè exhibens mirum dictu, quãtum Auditores oblectaret. Fiſci patronus creatus, ad rem regiam tuendam ac procurandam planè ad miraculum, quæ ipſe ſcripſerit. Sed paucorum menſium Senator, qui ſe Patriæ, Romanis Decijs maior deuouit, publicam ſecuritatem, priuatâ potiorem habens

valetu-

Digitized by Google

valetudinis Pręſes. Et qui infinitos mortales, ſua prouidentia, vigilantia, perpetuo labore, ab clade ſubtraxerat, pars ipſe cladis eſt effectus. Ita nimium citò tantum bonum amiſimus, tam ingentem publici ac priuati decoris materiem. Vniuerſæ ciuitatis luctum habuiſſet, niſi ipſa alienata a ſenſibus, inter immenſos mortuorum cumulos & morientiũ eiulatus fermè deſtituta ſpiritu extitiſſet, Sapientia, Iuriſprudentia pullatæ ab eius funere inceſſiſſent, Facundia ipſa tantum Alumnum pro roſtris laudaſſet, Pictura, ſeptenæq; artes liberales funeream molem ſuis ſumptibus excitaſſent, niſi quod in extremis ſolet, perijſſent lacrimæ, ingenium & verba. Sed ingentem ictum, qua tanta domus perculſa eſt, Pollux alter purpureus reparauit, qui ſuis clariſſimis radijs, non Inſubriam modo, ſed totum orbem aliquando illuſtrabit. Gallia Alexandrinus quæſtor, ſenex optimus & innocentiſſimus, famamq; ſui ſemper æqualem ſeptuagenario maior mirificè cõſeruauit. Cremonæ Prætor, dein Ticini hac tempeſtate, hiſce longè difficillimis Reipublicæ temporibus, queis fermè omne ius in armis ſenilem experientiam adprimè neceſſariam eſſe demonſtrat. Interea Caymus Regens Matriti primo ſuper vigeſimum annum, quàm eò iuiſſet, expirauit. Tanti viri imaginem, ne diu in ſolitudine eſſet Hiſpanica magnitudo in Othone nepote inuenit. Cæterum Caymam prudentiam magnam partem ſuæ felicitatis,

Digitized by Google

tatis,cum dominantes ſemper exiſtimarunt,tum ſecutæ clades diſertiſſimè comprobarunt. Et quidem fermè omnia, quæ aduerſi Hiſpanico cœlo acciderunt, callidiſſimus ſenex prę uiderat. Vulturenam expeditionem liberrimè ſemper fuerat abhominatus, & ab hac re cum ſua domo Illuſtres ſimultates contraxerat. Regibus iuxtà ac optimatibus charus, fermè rerum dominus. Non eam tamen opulentiam,quod mireris in diuturno togæ Inſubricæ tot annorum Pontificatu domi ſuæ reliquit, quæ tantæ fortunæ reſpondeat. Non cõtinuauit auitos agros, non magnos annuos redditus inſtituit,pinguia tantũ aliquot Sacerdotia, ſed mortalia vni vel alteri ex nepotibus attribuit. Monimenta minime otioſi vel in sũmis negotijs tãti viri fortè aliqua dies vulgabit. Matriti eſt ſitus, hoc Eulogium Otho Senator in Euſtorgiano auito gentis ſacello adhibebit.

Hieronymo.Caimo.Bar Ptol. F.
Patricio. Mediolanenſi
Juriſc. ex Collegio.Selec. Iud.
Præfecto Vrbis. Ædilicia. Poteſtate
Ad Philipp. II. Hiſp. Regem. Med. Duc.
Pro.Patria. ſua.legato
Aduocato Fiſci, Quæſtori extraord. Red.
Senatori
Regio in ijs. quæ pertinent. ad res.Italas
Aliiſq; grauioribus. quibuſq;
Conſiliario *Pie-*

Pietate. fide. ſcientia. rerum. vſu
moderatione. morum. ſuauitate
conſpicuo.
Vixit Ann. lxix. deceſsit xvi. Kal. Sept. 1627.
Otho. Caymus. Gaſparis. F. Senator
Patruo opt. mer.
P.

Et Marcus Antonius Caymus ille Cęſareus Senator, ac litterarum politia adeo conſpicuus, in ſacra S. Angeli Mediolani æde eſt ſitus; auitum ſepulcrũ reſpuens, quò tantorum virorũ nobiliſſimæ Caymæ Gentis cineres, non vnum tantũ locum nobilitarẽt.

P. Paulo Caymo.
Summæ integritatis Viro
Margaritta Coruina ab Aretio
Oriund. matrona ſpectatiſsima
M. Antonius I. C. & Senator
Alexan. I.C. Io: Albertus & Io: Baptiſta
& Philoſophus & Medicus
filij
Parent Optimis
ſibi poſteriſq; ſuis
Qui ſedem hanc Euſtorgianæ maiorum ſuorum
prætulerint. Sepul. P.
Anno 1560.

Caymo

Caymo eſt Corius Senator ſuffectus,& Pręſidi demortuo Io: Baptiſta Trottus Magiſ. Ord. Princeps. *Diamans Marinonus de Gente Trotta ſic loquitur. Trotti a piſce Trocta, a qua Troitum Phaliſcorũ oppidum denominatum eſt. Quod cum a Gotis dirutum eſſet, Troiti Viterbum diu coluerunt, exindeq; in agrum Alexandrinum commigrarunt, & Caſtellatium oppidum, locaq; vicina incoluerunt. Succeſsiuè ad vrbem noſtram quidem conuolarunt, vbi nunc nobilis viget familia, ab oppido illo Caſtellatium ſortiti, cuius gentis primarius temporibus noſtris Aloyſius Trottus ſeu Caſtellatius Annona præſes ſub Franciſco II. Sfortia claruit.* Hactenus Marinonus. Cæterum gentis honores ipſe vnus Præſes antecelluit, ſuæ ætatis Aduocatorum eloquentiſſimus, ac I.C. conſumatiſſimus, dein quæſturam adeptus, Senator, Magiſtratus præſes, mox Senatus, tot tantiſq; magiſtratibus ſemper idem, & æqualis. Pius, prudens, clemens, & laboris omnino neſcius, vt planè miraculo habeatur, bis ad ſummum tot annorum Præſes ab Senatu abſtinuit, niſi vel mala valetudine detentus, vel quia res ageretur, quæ eum ſuſpectum redderet, ſi interfuiſſet. Demortui ferrerij ſupremi Cancellarii vices per multum tempus geſſit, iterumq; Ronchilio in Germaniã profecto, S. Cancell. neq; tanta moles, cum ei tota inſubrica prouincia innitatur, virum vel perturbat, vel fatigat. Ad tantas animi dotes, mira illa quædam humanitas,

morum

morum facilitas accedit, vt omnes audiat, nobiles & plebeios æquali amore & patientia. Multas diei horas inſumere audiendis negotijs conſtantiſſimè sẽper retinuit. Demum in tot muneribus, quidquid inuidia fuerit ementita, in muneribus accipiendis nimium fortè religioſus, qui nihil omninò nihil accipiat. Nobilitate ac opulentia ſuorum maiorũ gaudet, quæ deinde parſimonia, frugalitate, prouidentia, cæteriſq; bonis artibus ſapientiſſimi Oeconomi auget. Ita optimi ac ſummi Præſidis, cum diuinæ, tum rei regiæ ſtudioſiſſimi ſimulacrum ad Dominantis gloriam, ad ſubiectorum commodum orbi proponit, imitandum. At Corduba inſigni calamitate affectus, humanarum rerum exemplar, procacis fermè ludibrium vulgus diſcedit. Spinula tot triumphis clariſsimus Imperator, cum imperio Mediolanum venit. Hic ne calamitati ſummę ſuccederet (ab Cordubenſi auaritia annonæ caritatem contractam temerè credebatur) ex agro campano frumento deportato, magna in parte plebem recreauit. Infantem Iſabellam Regis noſtri ſororem Imperatoris filio Ferdinando nuptam tunc tẽporis preſtolabamur, ad quam Genuæ venerandam principes vrbis viri, vt moris eſt delecti. Marchio Franciſcus Maria Vicecomes, Comes Barptolomæus Caymus, maior natu ex Regentis nepotibus, Marchio Carauagij, huic mala valetudine detento Marchio Auguſtinus Litta ſuffectus, Comes

Digitized by Google

Carolus Borromæus, Comes Aloyſius Arconatus, & Comes Franciſcus Sorbellonus. Iam arcus triumphales ſurrexerant, iam Producum aula regio apparatu inſtructa, cubiculumq; in primis ſereniſſimę, quieti deſſignatũ attalico periſtromate fulgens, ſui domini ſororem gratulabundum morabatur, cùm peſtilẽtiæ fama, Heroinam ab hoc terrarum tractu auertit. Per hos dies Meltius Senator & Ludouicus Vignatus raræ integritatis, ſapientiæ viri in bona ſenectute vt dicitur, meliori fama ſe ab humanis ſubtraxerè. Huic in auito ſacello laudis Pompeiæ I. C. Coll. Hyacintus Vignatus tanti patrui exemplar hoc Eulogium nobiliſſimo ſepulcro ac ſumptuoſo inſcripſit. Viri dotes, ſumma munera, ingenium minime vulgare, fortunam ſemper æqualẽ, rara I.C. Hyacinthi, faſtigio Patrui digna facundia exprimit.

D. O. M.

LVDOVICO VIGNATO.

Patritio. antiquo. genere. claro

Et. ex. ingenuo. cultu. virtutis. atq. doctrinæ

Principibus. viris. ac primarijs. Italiæ. vrbibus

Valde. charo

Supra. omnes. iuriſprud. fama. & inſigni. eloquentia

In. Romana. curia. celeberrimo

Regum. Cath. PHILIPPI. III. & IV.

maximorumq. Hetruriæ. Vrbini. ac Parmæ ducum

Atq.

Atq; adeo. multarum. Ciuitatum. & Prouinciarum
Aduocato. integerrimo
A Sacræ Rotæ Auditorio. Grauiſsimis. in deciſionibus
Egregijs. vulgatis. monumentis. Decorato
VRBANI VIII. Pontificis. maximi
In Bononienſi. legatione. Generali. Auditori
Ciuilium. cauſarum. Iudici. Annonæ. Præfecto
Intimoq;. in ea. Republica. adminiſtranda. conſiliario
In Mediolanenſi. deniq;. Prouincia
Magni. nominis. ſpectatæ. auctoritatis
Regio. Ducali. SENATORI
Viro
Innocentia. vitæ. ſuauitate. morũ. magnitudine. animi
Tum. rerum. gerendarum dexteritate, atq; prudentia
Vſque quaq; admirabili
Qui. tot. honorum. ac dignitatum. laudibus exactis
Singulare. terris. exemplar. integritatis. reliquit
Sibiq;. ac Poſteris. Æternum. decus. comparauit.
Hyacintus. Vignatus. I. C. Colleg.
& Decurio.
Patruo. de familia. ac de. ſe. opt. merito.
Heres. P. C.
Obijt. die. xx. Nou. MDCXXIX.
Annos. natus. LXX. menſ. IX. D. XXVIII.

Quintana è Senatu mouetur, Villanius Meltio, Arguis Fiſci patronus, Quintanæ ſuffectus. Hic ſingulariſſimus nequam hominum hoſtis, ac huius

ætatis facilè Princeps in ijs, quæ ad res criminales ſpectant. Et ad tuenda iura regia ferme ſe ipſo maior magnus hiſpanus. Diù Fiſci aduocatus, quo in munere verſans Romæ ab Rege grauiſſima negotia tranſegit. Purpurā poſtremo Mediolanenſem ſummis laboribus ac vigilijs eſt adeptus. Per omnes fermè præturas ampliſſimæ Mediolanenſis prouinciæ diuagatus, eas mirum in modum ab viris perditis, purgauit. Sed cum peſtilentiæ rumore, qui magis in dies gliſcebat, tum bellico ſtrepitu, quo tota regio ardebat, conſternati ciues viderentur, diffuſi nihilominus in publicas lætitias, ob Principem Hiſpaniarum natum, veluti ſolem in tanta caligine rerum, fidiſſimi cordis hilaritatem nequicquam obſidente mœrore oſtenderunt. Ad nuncium exorti Principis, quantum mortalitas poteſt, gratiæ numini in ſacra maiori æde actæ. Eccleſiæ Primicerius Fæderici Cardin. nepos ſummæ integritatis ac nobilitatis vir, rem diuinam fecit, cui Cardinalis & Spinula interfuere. Triduò dehinc veſpere imperata lumina in ſingulis vrbis feneſtris. Spinula, Senatus, Magiſtratus, & optimates vrbis equites cum facibus accenſis præ manibus per vrbem diſcurrerê. Centenni deinde pauperes in puellari ætate, candido, & rubeo veſtimento ab vrbe donati, bini ad magnæ Matris, apud Diuum Celſum tota ciuitate comitante proceſſerê. Ibi ſacrificio ritè peracto, Emanuel Theſaurus, de Principis exorti ma-

ti magnitudine, de fortuna totius orbis magna eloquentiâ perorauit. Hanc publicam gratulationē & lætitiā Theodorus Triuultius Princeps, in purpuratorū Patrum Collegiū aſcitus mirificè cumulauit. Iudicum Collegium, Senatorum, Pręſidū, Epiſcoporum, & Cardinalium ſeminarium, in quod ſuperiori anno fuerat cooptatus, aulā nobiliſſimè inſtruit, inſignibus familiæ Triuultiæ ornat. Req; diuina numini confecta cum omni genere ſymphoniæ, de laudibus recentis Cardinalis Carolus Moneta I. C. Colleg. Senatu Ampliſſimo Auditore, omnibuſq; vrbis Principibus elegantiſſimè diſſeruit. Sub noctem iuxtà Collegium artificioſi ignes tenebras illuſtrarunt, vrnamq; aptè diſpoſitam, quò ſuæ mortalitatis magnus Card. recordaretur, in cuius ſinu Triuultus inſigne domus condebatur ſub purpureo galero, crepitantes flammæ paulatim abſumentes, gentis inſignia nudarunt. Interim ſurgebat moles, contrà maiorem Eccleſiam, eiuſdem Theſauri ingenium ad publicam lætitiam Mediolani, ob nouū Principem natum declarandam. Mogibellus is erat flammis mons & cyclopibus grauidus regio Infanti noua arma cudentibus. Neq; placuit omen belligerum futurum Regem Prouinciæ diuturno bello afflictæ. Sed hoc Theſaurus præuidens portentoſa adulatione leniuerat. Iubebatur Vulcanus, (in molis fronte legebatur) arma, omnemq; bellicum apparatum comburere, tunc cū victricibus armis orbem

bem Rex petiuerit vniuerſum. Cæterum horam amplius iucundiſſimum ſpectaculum tenuit, dein ſuis ipſa flammis moles conflagrauit. Quibus extinctis nouę e veſtigio bellorum faces accenſę ſunt. Germani Mantuam,& Spinula ſecundùm Caſalem Montisferati vrbem obſeſſum iere. Sed non idem euentus Germanorum & Spinulę. Illi intra annum Mantuam malis domitam ad deditionem finitimis metu attonitis impulerê. Hic vrbem arcemq; humanitùs creditam inexpugnabilem,obſtinata obſidione,inuicta virtute,niſi mors interueniſſet domabat. Et Sagaraga Senator annonæ militari præfectus. Cæterum in vrbe Venetiarum maximè trepidatum. Germani in Venetorum fines ex libidine diſcurrere. Longè opulentiſſima præda Mantuæ deditio fuit. Et Dux Sabaudiæ clariſſimus alioqui Imperator ad nuncium deditæ Mantuę dicitur præ mœrore exanimatus. Sed dum hæc foris agitatur, domi peſtilentia, quæ sūma hyeme in verbani laci, & ſaxinæ vallis montibus ſæuierat, ineunte vere Mediolani cœpit ſe prodere. Quæ paulatim incrementa ſuſcipiens, in vrbe vti fit incredula, turbęq; Medicorum irata, quia manātem morbū luis atrocis nomine appellabant; eam innumeris funeribus momento exhauſit. Atq; ne huic ſeculo quidquam deeſſet, quod vel manifeſtam numinis iram, magis declararet, vel hominum immanitatem oſtentaret magis, haud patrię hoſtes verius quā ciues defuerē,

qui

qui celeſti influxu abutentes, lethalibus vnguentis hùc & illùc diſperſis, infinitos mortales ad diram mortem compulerê. Tam inſignis facinoris principes, & Tonſtrina ſolo æquata, & infamiæ columna eo in loco excitata, multiq; exquiſitiſſimis rotæ cruciatibus confecti teſtantur. Exuuiæ magni Caroli nunc primum die S. Barnabæ, triumphali pompa ad expoſcendam a cæleſtibus pacem, Eccleſiæ Mediolanenſis Canonicis, & vrbis Præpoſitis inuicem ſuccollantibus, circumlatæ. Non aliàs ciuitas Mediolanum magis ornata. Quidquid pretioſi in aulæis, in ſinceriſſimi cordis argumentum effudit, officinis deffuere faces, corda pro facibus exhibita. Sanè conſtat multos fermè exanimatos, ad ſanctiſſimi pignoris aſpectum ſpiritus & vitam reuocaſſe. Cęterum noſtris offenſis iuſtiſſimè iratus Deus, in altiſſima ſuæ diuinitatis ſpecula conſtitutus, bonos ferme omnes in malorum punitionem tollere ſtatuit. Etenim quòd poſteritas miretur, ſi quos raræ innocentiæ reuerebamur, ij peſtilentia fato conceſſerê. Infallibili quodam diuinæ ſapientiæ conſilio, quò improbis pœnitendi locus, morientibus ante ora bonis daretur. In Clerum maximè ſæuitum. Tres & ſexaginta Parochi, dum pro ſuo munere morientibus aſſident, abſumpti. Quin ex Eccleſia maiori inſigniores, Boſſij, Mazzentæ, Septalij, & reliqua illa magna nomina ſine fuco Ambroſiani decoris, cum ingenti publici, & priuati damno periere. Et

Semi-

Seminarium Canonicę clericali lui in valetudinarium aſſignatum; infiniti eo in loco rebus ſacris dicati expirarunt. Cacia, Rhaudenſis, Turrianus Sagaraga ſummi omnes Patres cladem ſuis funeribus nobilitarũt. Ipſe Valetudinis Præſes Marcus Antonius Montius, dũ labanti patriæ quà cõſilio, quà authoritate impauidus ſuccurrit, infinito totius vrbis mœrore, vti diximus, lethali morbo affectus in cœlũ eſt receptus. Quin duo fortuita incendia, quorum vno lanienæ in regione Tonſa, altero domus in Vercellenſi, tantũ timoris iniecerê, vt iam diuturno mortis ſpectaculo conſternati reliqui ciues, iam ſibi ſe, ſuaq; omnia cõburi viderentur. Quid amplius omnium miſeriarum ſcenam, tunc fuiſſe Mediolanum, in qua peſtes omnes conflictarentur, verè pie lector ominabere. Iam plauſtra ferendis cadaueribus deffecerant, iam publicum & auguſtiſſimũ valetudinariũ opulentiæ & magnitudinis animi Mediolani Ducum monimentum, ab irruenti affectorũ turba obruebatur, veſpertiliones aut exanimati, aut ditiſſimi facti in fugam verſi, hinc putreſcentia cadauera calidiſſimo anni tempore efficiebant, vt ſpirantes mortuis inuiderent, & præpropera quadam feſtinatione, qui ſupererãt vicinæ mortis cruciatus acerbos perciperent. Ergo vbiq; gemitus, & ſuſpiria, vbiq; lamentantium voces, vbiq; rerum omnium deſperatio. Fędericus Cardinalis, cui aulici fermè omnes perierant, vim numorum ingen-

tem

tem quotidie pauperibus deſtribuebat, Caroli liberalitatem imitatus, cuius charitatem iam diu æmulabatur. Nobilitas præcipua in ſuburbana ſe receperat, eò tempeſtatis tranſitum expectans. Sed ingenioſa lues vel in munitiſſimas domus irrepſit, multæq; familiæ, quæ nec auras admittebant, tanta religione ſe cuſtodiebant fœdè abſumptæ. Vt planè videretur Immortale numen eſſe ſolum mortalium dominum. Cæterum non alia peſtilentia, ſiue hominum recordatione, ſiue ſcriptorum monimentis commendata magis ſæuire viſa eſt. Ad centum ſexaginta millia mortalium in vrbe tantum Mediolano intra tres menſes perierè. Exitu dein anni clades paulatim ſe remiſit, & Senator Arconatus, qui annonæ etiam præſes in ſumma illa caritate, incredibili in patriam amore podagra per omnes artus captus, demortuo Montio ſe ſufficere paſſus eſt. Tulitq; hanc gloriam & hoc ſolamen integerrimus ac nobiliſſimus Senator, vt ante ſui obitum iam ferme extinctam luem valetudinis præſes ipſe videret. Sed Spinulæ ex humanis erepto, in ſcriuienſi caſtro deſierat, Marchio Sanctæ Crucis ſuccesſit. Huic in Belgiū euocato Ferianus Princeps iterùm ſuo malo fato ſufficitur. Et in Germania atroces illi motus, quibus fermè imperium auſtriacum concidit, vſq; ab vltimo Septentrione exciti. Ioannes Sfondratus hoc anno Paulus Flamenus, Didacus Millianus, Ludouicus Turconus, Aloyſius Belcredus, demortuiq

peſtilentia patribus ſuffecti. Belcredū Ticinenſem patria, Conciuem Taciti dices, ſi illius ciuile omnino ingenium noſcas ad conciliandos mortalium animos ingentis felicitatis. Orator ſuæ patriæ prudentiſſimus per aliquot annos Mediolani, ab eadem bis in Hiſpanias miſſus, ſūma vitæ integritate, pietate, prudentia, doctrina dexteritate, ita ſibi principes illius aulæ conſiliarios deuinxit, vt prima nominatione Senatoria, quæ rara eſt felicitas in Senatum è veſtigio legeretur. Cæterum ingentes dotes magis ac magis in dies illuſtrat. Milliani, Sfondrati, Turconi Flameni breuiſſimi æui Patres extitere. FÆDERICVS & ipſe Card. Borromæus Archiepiſ. Inſuber GREGORIVS eloquentiſſimus moritur. Omnium ciuium lacrimis elatus, doctiſſimus innocentiſſimus, ac ſummæ cuiuſdam maieſtatis plenus Princeps purpuratus. Feria & Senatus funus comitati. Per annos ſex & triginta Eccleſiæ Mediolanēſi præfuit, ea morum innocentia, vigilantia, charitate, vt ſui in CÆSARE imaginem planè videremus. Donatus Ferrarius pari ferme viro facundia in funere laudauit. Et per triennium ad augendum cladis deſiderium vacua Eccleſia Mediolanenſis fuit. Franciſcus Puteoboniellus Fiſci patronus prętantiſſimus, nobilitate, moribus, ſapientia nemini ſecundus & Io: Baptiſta Lattuada quæſtor, qui nec Magiſtratum inire fato præuentus potuit in Senatum per hos dies leguntur. Et hic ſtatus rerum Inſubricarum

carum

carum erat, cum annus trigeſimus ſecundus exiuit. Peſtilentia in obſcura aliquot oppida raris tamen funeribus ſæuiebat. Reliquiæ aliquæ magni Incendij extabant. Sed eas ab hominum fraude verius, quam ab numinis ira nondum poſita, prouenire facile apparebat. Si quidem plebeias veſtes, ſtragula, lanea, & plumea cubilia, multi mortales tabe infecta, ne cremarentur occulerant. Iuſtiſſima hoc nomine alioqui teterrima lues, in ſontium capita, ſuamet ipſa funeſta redire fraus videbatur, niſi aliquos etiam expertes culpæ, commercio vti fit fœdè admodum abſumpſiſſet. Cæterum mitis hyems ac ſicca inchoatum annum excepit, quæ totum fermè hybernum tempus, ingenti mortalium admiratione tenuit. Egregia cœli tempeſtas, verùm immatura, & inſidioſa. Etenim conſuetas niues hoc anno cœlum cum minimè dederit, quæ magno illi corpori cæleſti purgando deſſeruire dicuntur, euenit, vt noxijs humoribus grauido aere, pars in gelidã pruinam flantibus ab ſeptentrione ventis, quæ campos lacrymabili damno deuſſit, pars in grandinem concreta, crebris ac procelloſis tempeſtatibus ingenti cum vi cadentes latè iam canas ſegetes, vuãq; in flore multis in locis Imperij Mediolanenſis crudeliter admodum verberarunt. Sed has numinis æquiſſimi iras, quibus haud raro laſciuientem mortalitatem cohibere ſolet, omittamus. Interea, aut me amor ſuſcepti negotij fallit, aut hoc anno alius

vnquam vel ipſa rerum varietate inſignior, vel varijs caſibus, in ancipiti magis ſpe ac metu fuerimus. Timorem in primis faciebant diuina Mediolanenſia tam longo tēporis interuallo legitimo ſuo Principe deſtituta, Germaniæ res in dies deteriores, Galli iam tranſalpini facti, duas longè munitiſſimas arces obtinentes, Belgium maxima in parte maieſtatem exutum, tot in partes diſſipata Auſtriaca potētia, Inſubria tot delectibus exhauſta diuturno milite confecta. Cæterum hæ ſolicitudines quadam ſubinde vice penſatæ incertiora mortalium iudicia reddebant. Archiepiſc. Mediolanen. præter ſpem deſignatus, hac de re tam grauiter Pontificijs ac Regijs diſſidentibus, optimi Patres in Senatū demortuis ſuffecti, opportunè Rex Suecus trucidatus. Sed maioribus viribus hoſtilis exercitus reparati fama, pro vno ceſo Imperatore plures alij excitati, integrū metū velut illo tempore primùm bellum inciperet, relinquebat. Verum antè omnia ea cura quodcūq; ſolamen reſpuebat, quādo nam tot bellorū motus, queis per viginti amplius annos Inſubria concuſſa, Francis armatis in Italia quieuiſſent. Quì fieri poſſet, vt Hiſpani, Gallos bellicoſiſſimam gentem gloriæ auidiſſimā in perpetuis triumphis, in perduellibus domandis innutritam in hac prouincia conterminam paterentur. Hinc æterna bella, immortales turbas, dubio procul ominabamur. Sed Sereniſſimi Infantis Cardinalis Hiſpaniarum in Italiā futuro

turo

turo aduentu nunciato, grauiſſima quoq; iſta cura maxima in parte leuata videbatur. In hiſce tot tantiſq; rebus mentibus humanis occupatis, & inter metum ac ſpem ſuſpenſis, dum vernũ tempus præſtolamur, quo occulta conſilia maximè erumpunt, Vir omni exceptione maior Senator Vicecomes anno vigeſimo, quàm Magiſtratum iniuerat, ingenti literatorum omnium dolore expirauit. Hic ab legitima, & melioris notæ Vicecomitum ſtirpe oriundus, auitam nobilitatẽ miris animi dotibus, quas nobiliſſimis ſtudijs deinde coluit, eam fecit poſteritati toti inuidendam. Et quidem inter Patres literarum gloria præſtantes, non huius tantũ æui, ſed prȩteritorum omniũ ab omnibus ſcriptoribus ſemper erit maximè memorandus. Fiſci patronus creatus, mox in Senatum lectus anno trigeſimo nono ſuæ ætatis, ea ingenij ſpecimina dedit, ita rẽ regiam procurauit, vt ne quid detrimenti, tanto viro ad purpurã Senatoriam promoto interim ea caperet, literis ad Mendocenſem Marchionem datis iuberet Rex, vt nõnullas cauſas, quibus vt Fiſci Aduocatus incumbebat, Senator etiam perficeret. Literarum tanti Regis partem ad inclyti Senatoris gloriam ne graueris erudite lector hic legere.

Hauiendo conſiderado la falta que el Doctor Juan Baptiſta Vixconde harè para la buena concluſion de algunas cauſas, que ſiruiendone enla plaça de Fiſcal tratò y començò ſi no las proſiguieſſe haſta acabarlas

acabarlas como conuiene a mi real Fiſco que lo haga aſsi por tenerlas tambien entendidas, como por la ſatisfaçion, que tengo de ſus letras y integridad, he riſuelto de mandares le digais &c.

Sed immortalia tanti ingenij monimenta, quorum pleraq; niſi nobis, nobilis æquè ac erudita dignaq; tanto Patre longè generoſiſſima Soboles inuideret, noui ſemper ſtuporis eruditiſſimis viris preberent. Vt planè mirum videatur, quì potuerit tantus vir, in ſummis Reipublicæ negotijs verſatus, Senator ampliſſimus Mediolanēſis, diu in vrbe apud Summum Pontificem orator, ſucciſiuis horis tam multa, tam varia, tam bellè ac eruditè ſcribere. De Capitatione Romanorum volumen vnum, quod Comiti Stabili tunc temporis pro Regi inſcripſit, de iure Septemuirū Auguſtalium in Feriani Principis obſequium volumen aliud, de multorum Senatorum ac Præſidum magis inſignium ingenio, de rebus ciuilibus de varia eruditione volumina alia ſcripſit, Codices quos vocant fœudales, re ab alijs toties infeliciter tentata, in vnum volumen ipſe feliciſſimè collegit cum ingenti rei Regiæ beneficio, illiq; propterea quatuor centum aurei nummi muneris loco perſoluti. Turbas deniq; ac motus, quò ſummum ac verſatile magni Senatoris ingenium demirere, & bella cum Pedemontis Principe anni 613. æquè verè ac ingenioſè eſt proſecutus. Quam inter cæteras lucubrationem ipſe Rex noſter inuictiſſimus

tiſſimus ſuis ad Vicecomitem humaniſſimè datis poſtulauit, quas ad totius Senatus gloriam, hìc ſubijcio legendas.

EL REY.

Eſpectable fiel y amado nueſtro, Senador Iuuan Baptiſta Vizconde. Haſe entendido, que con vueſtro zelo, y el amor que teneis a mi ſeruiçio, aueis hecho algunos apuntamientos delo ſuccedido enla guerra de Lombardia, deſde que ſe empezaron el año de 613. haſta las pazes concluidas en tiempo del Marques de Villa Franca con tal intelligenzia y annotaçiones de todo, q̃ conuiene mucho veerlos a cà y aſi ſarè muy ſeruido, que los quadernos y apuntamientos, que ſobre eſto teneis eſcritto; los embieys luego a qui a D. Gonzal de Cordoua de mi Conſejo d'eſtado, y auiſareys de bauerlo hecho, que aca ſe tendrà la memoria, que es iuſto con vueſtra perſona, y lo que aueys trabajado. De Madrid à 23. de Iulio 1631.

YO EL REY.

Cæterum eruditiſſimus Senator literatorum etiã amans Aquillinum Coppinum olim in Ticinenſi gymnaſio Rethorem in delitijs habuit, & tãtorum annorum Patri haud Inuidia, vel aliæ malæ artes, quæ rara eſt felicitas potuere obeſſe. Vicecomitè elato.

elato. Villanius Corio ſuffectus familiari illa ſua fortuna. Et quatuor, & præſtantiſſimi viri in Senatum leguntur. Bonetti, à Baſilica Petri, Botinonij, Petracini, de quibus pauca ſingillatim dicere veniam tantorum virorum merita dabunt. Bonettus Cremonenſis patritius ſummæ planè indolis & ſpèi, cui Patauij ſtudenti, quod raro contingit litteratum marmor Academia in hanc ſententiam excitauit.

Jo: Baptiſta Bonetto Cremonenſi
Hortenſij filio Sindico, & Prorectori meritiſſimo
Vniuerſitas Iuriſtarum ponendum
Curauit.

Laureatus ſupremæ inquiſitionis ſuæ patriæ conſultor, Mediolanũ nobiliori ſtipendio, quam cuncti predeceſſores ſui, ab Patria orator mittitur. Et quinquiès ingenti cũ laude confirmatus. Ferianus Dux ſuæ ætatis callidiſſimus, nouit viri ingenium, quem ad varios Principes ab Rege, ob longè grauiſſima negotia legatum miſit. Et quò Cremona Oratoris abſentis deſiderium leniret, literas ad eam feria dedit, quas quia Bonetti ingeniũ indicãt hic ſubijcio.

Teniendo ſatisfacion dela perſona y muchas letras del Orador Iuuan Baptiſta Bonete querido ſeruirme del en vn negotio que ſe hà ofreçido de mucha importantia para el ſeruitio de ſu Mageſtad, en que eſpero de

ro de ſu cuydado todo buen ſucceſso. He querido auiſarſelo a V.S. paraque lo tenga entendido, que a qui ſe tendrà cuidado con los negotios dela Ciudad de manera que no padeçeran el puoco tiempo &c.
Milan 26. Agoſto 1622.

El Duque de Feria.

Et alteram etiam eiuſdẽ ſententiæ ipſemet Dux ad vrbis Cremonæ Decuriones. Sed Guaſtallæ ac Bozzoli Principes de Iuriſdictione controuerſãtes in inſtruendo proceſſu de re ſummopere graui concordes conuenerunt vt res tota vnius Bonetti prudentiæ, ſapientiæ tum dexteritati cõmitteretur: Ipſa quin etiam lotharingiæ Sereniſſima, dũ Monsferratus Hiſpanicis armis ductore Spinula petebatur rẽ ingentis confidentiæ plenam, quam cum Spinula tranſigeret Bonetto concredidit. Interea demortuo Vicecomite Iuſtitiæ Præfecto, ne quid detrimenti Reſpublica caperet donec ab Rege alius ſufficeretur, Bonettus Orator ab Feria deligitur. Et Ferianũ iudiciũ è veſtigio literæ Regis, comprobarunt qui iam Bonettũ ad id munus elegerat. In Senatũ dein lectus Capitaneus Iuſtitiæ & Senator vtrũq; munus caſtè integrèq; ſuſtinens. Verùm ſũmæ viri felicitati inuiderè aliquando temporum illorũ ingenia. In curiæ apud Sereniſs. Infantem in cuſtodiendis captiuis (ingenioſè multi ſontes per eos dies carcerem euaſerant) in ſuſpicionem adductus, arci Ticinenſi iubetur ſe concredere. Sed breue viri deſi-

Digitized by Google

derium fuit, cum haud longè abeſſet innocentia, vt ex Inquiſitione,quam vocant,cuſtodi carcerum tranſmiſſa. Diſertè enim Bonettus Iuſſerat, vt ſtationes nocturnæ propè carcerem agerentur.

Cæſar cuſtos, quod contra ordinem Reg. D. Capit. ei datum non appoſuerit ſatellites ſub porticu Curiæ magnæ antè dictum carcerem communem, vt illum cuſtodirent,& nocte fugæ intra carceres non cubauerit & ex poſt ſe retraxerit,& verens ob eorum delicta vt ſupra patrata pœnas ſubire debitas &c.

Reſtitutus honoribus ac priſtino decori. Ipſe cũ cæteris collegis diſceſſurum Infantẽ eſt veneratus, ireq; fortunatum ac felicem tantum Principem iuſſit, & mitiſſimus Infans eum humaniſſimè excepit. Cæterum ordo collegæ calamitatem grauiter eſt queſtus,litteraſq; quę viri integritatem ac innocentiam illuſtrarent magis,cum ad Sereniſs. Infantem tùm ad Inuictiſs. Regem in hanc ſententiam Maioragij a ſecretis facundia compoſuit.

Sacræ Regiæ Catholicæ Maeſtati.

SVperioribus diebus Senator, & Capit. Iuſtitiæ Io: Baptiſta Bonettus iuſſus fuit à Sereniſs. Infante Cardinali M.V. fratre, & huius Dominij Gubernatore in Arcem Papiæ ſe conferre, ibiq; ſe continere, donec aliud à Celſ. ſua fuiſſet ordinatum. Huius rei cauſa dicitur fuiſſe, quòd idem minus diligenter fuerit verſatus in auertenda fuga eorum, qui nexierant in car-

in carcere, communi nuncupato, de qua fuerat præmonitus. Cui fuga etſi ille conatus fuit occurrere per viſitationem carceris eius iuſſu ſtatim à commentarienſi factam, & appoſitionem cuſtodum, aliàſq; diligentias adhibitas, quæ illi ſufficientes viſa ſunt, voti ſui tamen compos fieri non potuit, hoc vnum quidem conſequutus ex appoſitione cuſtodum, vt ſimul cum illis carceratis fugam non rapuerint alij, qui in ſtrictioribus carceribus detinebantur, neque ij, qui iam damnati erant ad remum ſeptuaginta numero, & amplius, qui poſteà fuere ad triremes miſsi. Nos, qui, intellecto ſubtili, & nouo commento, quo illi carcerati euaſerunt, fugam caſu potius, quàm negligentia contigiſſe arbitrati ſumus, ſtatim literas ad S. Celſ. dedimus in quibus diximus non æquè abſolutum eſſe futura proſpicere, ac de euentu rei diſſerere, poſtquàm caſus euenit, hancq; eſſe humanarum rerum imbecillitatem, vt ſæpè homines non errantes errent, non peccantes peccent, caſumq; hunc maximè dignum clementia S. Celſ., & quam humanè eam deprecati ſumus, vt in Senatorem perſpectæ probitatis, & doctrinæ virum ſua benignitate vti, eumdemq; ad plenitudinem ſuæ gratiæ redintegrare dignaretur: ſuper quibus licet tunc nihil fuerit decretum, fuit tamen poſtea Collegæ noſtro conceſſa facultas redeundi ad hanc Ciuitatem. Sed ita, vt domi ſe contineret, vt facit. De hac porrò re nos pro munere noſtro, & pro obſeruantia ordinum certiorem reddimus M. V., vt quod pro ſua ſumma,

ac penè diuina ſapientia opportunũ duxerit, ſtatuat, eiuſq; ſacratiſsimas manus venerabundi exoſculamur, & à Deo Maximo felicia omnia ex animo precamur. Mediol. die xxx. Maij M.DCXXXIV.
Sig. Arguis, Flammenius, & Trottus P.
Comes Maioragius.

Rex paucos poſt dies Io: Baptiſtam Cantonium in Præfectũ Iuſtitiæ ſuffecit, vt ex diplomatè latè.

PHILIPPVS IV. Rex Caſtellæ &c.

R*Ecognoſcimus & notum facimus tenore præſentium vniuerſis munus Capitanei Juſtitiæ Ciuitatis & Status noſtri Mediolanenſis Doctori Io: Baptiſtæ Bonetto ad biennium &c. cumq; illud ipſo Doctore ad Senatorem eiuſdem ſtatus aſſumpto vacuus extiterit volentes alium deputare &c. meminimus fidelem nobis dilectum Io: Baptiſta Cantonum ac Juſtitiæ Vicarium.*

Ita in prouincia maximum Magiſtratum, de quo non nihil dubitabatur, retinuimus. Sed Bonettus nõ minus ampliſſimus Senator ſummus I. Peritus, ac mirus in pertractandis negotijs, quam eruditus ac eloquens, qui Romanę facundię arcana adeo calleat, vt in ijs ſemper eſſe verſatũ exiſtimares. Et parum demũ abfuit, quin in Hiſpanias cõſiliarius tãtus vir accerſeretur. Eius Magiſtratus ratio exacta fuit id eo enixè poſtulante ab ampliſſimo Patre &

Colle-

Collega Aloyſio Belcredio ex ordinis ſummi ſententia.

Qui Io: Baptiſtam Bonetum ab inquiſitione generali contra eum occaſione dicti Sindicatus formata & ab omnibus ab ea dependentibus plenè abſoluit & liberat ampliſſimaq; laude ob Magiſtratum ipſum diligentiſſimè ac integerrimè perfunctum, decorauit & decorat. Virtus enim tanti viri hominum opinioni reſpondit &c.

A baſilica Petri Mediolanenſis nobiliſſimus, ac ſuæ ætatis patronorum omnium diſertiſſimorum præſtantiſſimus, infinitas cauſas egit pari ſemper ingenio plauſu,& in forenſi ſtrepitu fermè incanuit. Iuſtitię prefectus ab Rege,in eo munere per aliquot annos magna cum integritatis,& incorrupti animi fama ſe geſſit. Temporeq; ſummi ſi perpetuus eſſet Magiſtratus finito inglorius tantus ſenex iacebat, cum ad emeritum diu Senatorium faſtigium promouetur. Mox a Sereniſſimo Infante Cremonam miſſus,Siſtus V. in ea prouincia ſe geſſit. Laſciuientem nebulonibus cohibuit,breui vnumquemq; ſui officij monuit & infractus feroces illos ſpiritus fregit. Ac tria maxima præcepta, quibus in eo imperio eſt vſus ad immortalem gloriam virum deduxerè. Innocentia manuum primùm, non leuiſſimũ munuſculum, quod vix credibile videatur in eo Magiſtratu a quopiam accepit, dein ius dixit aſſiduè, ſi parum corpore valeret lectica pro tribunali

collo-

collocata fremen tibus nequicquam rabulis eripi ſibi prædam è manibus, quia lites nimium citò amputabantur. Poſtremo cum finitimis pactus de mutuò tradendis ſicarijs, hiſce artibus turbidam quam inuenerat, tranquillam ſucceſſori prouinciam Salamancæ tradidit. Sed aliquando popularis Senator, comœdias in aula, Cremonenſi nobilitati dedit, choreas quàm honorificentiſſimè duxit. Ita tanti viri fama vbiq; manauit, adeò vt Venetorum Imperator ſtrenuiſſimus Georgius diceret ſi Reſpublica Veneta vnum aut alterum a Baſilica petri Senatorem habuiſſet, ſuffecturos ad totum in offitio vel tumultuans Imperium Venetùm continendũ. Illuſtres quidem ſimultates contraxit, ſed fortitudinis & imperterriti tanti viri monumenta. Pœnituitq; hoſtes turbarum, quas in Senatorem excitarunt, nobiliſſimis ac lepidiſſimis Eulogijs ab ipſiſmet vulgatis, docuerê orbem, nihil virtute infracta & imperterrita, quæ neſciat aurum potentiùs eſſe. Cæterum pietatis gloria viri, animi fortitudinem æquat. A baſilicæ petri oppidi, cui Archipræsbyterũ laudabili opulentia, & alios ędituos ex proprio iure dat, hæc longè nobiliſſima gens, quam Illuſtrem Rota Romana appellat, templũ vetuſtate fatiſcens regio plane sũptu reparauit, binæq; rei ſacrę ac perpetuæ ſingulis diebus faciendę pecuniam diu ſepoſuit, & ad quinq; ſupra viginti millia amplius nũmum aureorum inſumpſit. Prudentiſſimè ſapientiſſimus

tiſſimus ſenex iam communē portum proſpiciens, præmittit, quæ ſibi cæleſtes propitios reddant. At Bottinonum dicerem militem Senatorem ſi adhuc Patres milites legerentur. Æquè fermè ſtrenuus ac doctus, tam lingua, quàm manu promptus vt alter Cæſar. Ad purgandam prouinciam ab facinoroſis ab Sereniſſimo Infante cum ſummo Imperio delectus, breui Pompeum æmulatus pacatā reddidit. Et feroces ſpiritus minimè muſæum dedignantur. Patronus celeberrimus, Fiſcus, Senator Valetudinis prȩſes hoc anno, renaſcentē luem mira felicitate compreſſit, adeò vt non aliud ſecundùm numen, quam Bottinionæ vigiliæ, latè iam foris manantem cladem ab hoc cœlo auerterit. Petracinus Laudenſis Vir pius, caſtus ac ferme iuſtus eruditiſſimus integerrimus optimæ mentis plenus, laboris omnino neſcius, qui dies noctibus ſtudendo coniunxit. Animi moderationis vir fermè admiraculum, & in ſummis cauſis agendis priùs numen conſulit, quam virùm monimenta. Ita ingenij, pietatis, virtutiſq; ſuæ elaboratæ fama, viam ſibi primus ſuæ gentis, ad ſummos honores aperuit. Et huius ingenij viros, feliciſſima hæc tempeſtas in Senatum legit. Interea res Germaniæ, haud nimis Sueci extincti Regis beneficio fruebantur. Si quidem Imperatoris ſui cæde magis, ac magis barbaræ efferatæ gentes, in virilis animi fœminæ Reginæ conſpectu, quæ caſtra cum imperio ſequens, haud

ignauo

Digitized by Google

ignauo quæſtu, vt gregariæ mulieres, ſed ardentiſſima vltionis cupiditate, viri deſiderio parētabat, nihil vel difficile, vel aleæ plenum ſtolida feritate amentes reſpuebant. Et licet infiniti penè quotidie ex hoſtium numero deſiderarētur, quos vel ipſamet effugia militaria ad patrias repetendas niues tollebant, vel cœli mutatio & inſolentia, communeq; fatum, nec non variarum pugnarum cruenta fortuna abſumebat, haud tamen Suecæ copiæ dici verè poterant imminutæ. Si quidem cuncta oppida, vrbes, quæ hoſti parebant, militum ſupplementa præſtare cogebantur. Quin immo non nemo voluntarius Sueci fortunam ſequebatur, prædæ cupiditate, viuendi licentia allectus. In hac tanta felicitatis blandientis hoſti aura Cæſariani milites numero longè inferiores, omnibuſq; penè quà latè patet Germania dubijs cedendo modo, modo leuibus prælijs laceſſendo, vniuerſis nunquam copijs congrediendo hoſtem prudentiſſimè ſuſtinebant. Et in munitiſſimis locis, caſtra ſubinde metantes pugnā conſultò vitabant. Rati, id quod erat, in vnius prælij euentu orbis vniuerſi fortunam omnem diſceptaturā. Dum in Germania fortuna variat, & ſuſpenſos animos metus & ſpes tenent, Villanius Regens apud multos Principes ab Rege legatus, haud dignus illo genere lethi, inglorius in caupona moritur. Et ex profluuio alui vir ſecundiſſimis ſuis rebus ſupra fidem felix eſt extinctus. Sed afflictis

Eccleſiæ Mediolanenſis rebus optatiſſimum ſolamen tandem aliquando aduenit. Affuerè laureatę literæ CÆSAREM MONTIVM patritium indicantes Mediolanēſem apud Inuictiſſimum Regem noſtrum pro Pontifice Oratorem in publico Cardinalium conſeſſu conſiſtorium vocant, Ambroſianę Eccleſiæ Archiepiſcopum fuiſſe renuntiatum. Et quidem ab hoc nuncio lætitia quanta maxima dici poteſt omnes in ciues dimanauit. Enim vero in diuturno mœrore infeliciſſima ciuitas ſquallebat, tam longum temporis ſpatium ſuo amātiſſimo Paſtore orbata. Præter enim cæteras clades, mirum quantum ab auita illa ſua maieſtate, tantis Borromæis vigilijs parta, quæ illam finitimis non modo, verum etiam maximè remotis Europæis inuidam reddit, Eccleſia Mediolanenſis ſuo iuſto Paſtore orbata declinabat. Triduò gratijs tamen prius cum numini, quod virum tanta ſucceſſione dignum indulſiſſet, tum tutellari vrbis Ambroſio, qui proprium decus præclarè fuiſſet tuitus, ad cuius baſilicam de more vterq; Clerus vrbanus ſupplicatum iuere, in ſumma æde ſolenniter habitis ad maioris campanæ pulſum, ſacræ omnes ciuitatis turres, ſecunda circiter vigilia noctis vno tempore perſonarunt. Faces per tres noctes in feneſtris arſerê, & viridarium, quod ædibus Archiepiſcopalibus adiacet multis mortariolis æneis diſploſis feſtiuo ſtrepitu æthera compleuit. Verum omnium ciuiū oculos ſa-

los ſacræ Oblatorum Congregationis ædes publica in illa gratulatione rapuere. Vt ea quæ ſuis legibus ab diuiniſſimo CAROLO fundatore ſcriptis, vnicum parentem ac Dominum, ſi Summum Pontificem Romanum excipias Mediolanenſem Archiepiſcopum agnoſcit. Non pro Archiepiſcopus, non Canonici Ordinarij vacuo Pontificatu in ſodalitium Oblatorum ius habent. Ante octuageſimum annum, hoc ſibi ſubſidium magnis Eccleſiæ Mediolanenſis curis & ſucceſſoribus CAROLVS adiunxit. Perpetuam obedientiam Oblati Antiſtiti voucnt. Admodum Adoleſcentes in Seminario cum ingenio, tum pietate præſtantes a prudentibus viris ſecernuntur. Longè nobiliſſimo ſodalitio opulentia nō ea laſciuiens, ſed æqua, ac moderata, vt cęteris non inuideat, ab munificentiſſimo fundatore attributa. Laborando feſſi vacationem obtinent, beneficio aliquo aucti pro meritis præſidio ſenectutis, nouæ ſoboli dant locum. Iuuentutem in Seminarijs (ita iuuenum æmulantium cœtus appellamus) in clericalem militiam adſcriptam Inſubricā, Germanicam, ac Helueticam, literis ac pietate inſtituere, deficientibus Animarum Paſtoribus in vaſta diœceſi Mediolanenſi, eorum vices gerere, pueros Chriſtianæ fidei rudimentis imbuere, confeſſiones audire, concionari, & reliqua pietatis opera, ad Archiepiſcopi Mediolanenſis nutum exercere, materies eſt iſtius inſtituti. Cæterum non illi ſuæ clades ali-

aliquando deſuere. Patres Patrati quidam olim inuiderê paruam opulentiam affectantes. Sed collato pede coram Summo Pontifice cum ſuis hoſtibus dimicauit. Et valuit ea die innocentia, ſanctitas, & ardor pijſſimi inſtituti tam ornatũ deinde quàm pulſatum, & in præſentia Magno MONTE oppoſito iam ridet Affricos & Aquilones. Hoc igitur primum omnium in vrbe gentile Archiepiſcopi ſtemma pro foribus Eccleſiæ exhibuit contemplandum. Dein ſolenniter in gratiarum actionem ab illius Principe littatum eſt. Et tota die feſto pulſu Diui Sepulcri metalla increpuerê. Sub noctẽ multis artificioſis ignibus ſacra turris cœpit collucere. Octonæ incendiariæ Ollæ, in ſingulis angulis turris diſpoſitæ ad multam noctem concremarunt. Interea ingentis vis ciuium, qui ad iucundiſſimum ſpectaculum ſe ſe effunderant, aures, buccinę ac varij ſimphoniæ cantus iucundabant. Oculos vero innumeri miſſiles, ſed innocẽtes ignes mirum in modum recreabant; qui perire librati, immenſa aeris ſpatia momentò corripientes, paruum, ſed feſtiuum fugitiuumq; cometem exprimebant. Ad hæc ſuper turris tectum vagus lauri mons ſurgebat, & ne de lætitiæ argumento dubitaretur CÆSAR portentoſis elementis ſpiſſis lampadibus affabrè concinnatus, Inſtituti erga ſuum Principem, pietatem, obſequium, cultum teſtabatur. Tenuit hoc Sacrum Tripudium aliquot horas, Poſtremo cum iam eſſet

multa nox; ignis mortariolis in Eccleſiæ atrio diſpoſitis admotus, ſuo tonitru etiam longè diſtantes Oblatorum lætitiæ monuerê. Ipſum Iudicum ſelectorum collegium montem excitauit flammis & ignibus plenum ad ingenium viri eruditiſſimi I. C. Coll. Cæſaris Burri, Brandæ, Æſculapij Mediolanenſis fratris. Quo ſub veſpere conflagrante tantus mortalium concurſus factus, vt præ nimio calore cum è veſtigio ignem machina tota concepiſſet, clauſis temerè portis vbi ſe effunderet multitudo, multi in præcipiti fuga ruentes ſuper alios alij obtriti ſint. Sed quò magis Eccleſia Mediolanenſis optimi ac ſapientiſſimi Archiepiſcopi electione gaudebat, eò magis Clerici mortaleſq; omnes diuino miniſterio conſecrati ſine fine dolebant, & querebantur, Vbiq; in hybernis, & in æſtiuis diſperſo milite, eum promiſcuè Laici, & Clerici alebant. Quò fiebat, vt non modo annuos prouentus illi ſuſtinendo conſumerent, ſed etiam ipſas ſortes haud ſufficiente lętiſſimi alioqui agri Inſubrici fœnore ingēti mœrore animi exhaurirent. Tot tantiſq; miſerijs illud etiam voluentis huius ſeculi calamitatibus, oppido importunum malum accedebat annonæ pretium viliſſimum. Vix res frumentaria exiguo pretio diſtrahebatur. Sicalam, milium, aliaq; id generis pretioſa quondam alimenta plebis, ſuperbum inflatumq; vulgus reſpuebat. Verum hoc incommodum non tam diriſſimæ peſtilentiæ, quæ in-

finitis

finitis funeribus Inſubriam exhauſerat, quam Ferię gubernatis integritati, alioqui tanto Principe dignæ, ſed in mala tempora incidenti, noxiæ adſcribendum. Sanè quod inclyti Ducis gloriæ minimè inuideat, ingens auri pondus in tam longo dominatu congeſſiſſet, ſi aliquanto facilior rei frumentariæ finitimis concedendæ extitiſſet. Interim Clerici & nobilitas æquo fermè præcipitio ruunt. Plebs ſola, & artifices rerum domini, merces impudentibus pretijs diſtrahere, nobiliſſimis rhedis per vrbem vectos diceres de nobilitate triumphare. E contra infelix nobilitas ſquallida & abiecta obſoletis veſtibus induta, quod nunquam cogitaſſet, adeo rerũ humanarum euentus incerti ſunt, prætioſa quæq; domeſtica, cum non eſſent tot onera ſoluendo, ad redimendam multiplicem peſtem alienare cogebatur. Inſatiabilis illa haſtæ publicæ caribdis, & vorago mirum dictu quàm exquiſita, quàm pretioſa omnis generis ornamenta per hæc tempora abſorbuerit. Hinc multæ illuſtres familiæ, quæ antea ſummo cum ſplendore viuebant, eò miſeriarum deuenerê, vt veluti orbi hominumq; frequentiæ indignatæ, celebritatem conſultò vitent & in obſcuris ignobilibuſq; oppidis, quorũ maiores fortè olim imperarunt, voluntarium ſibimetipſis conſciſcant exilium. Iam non amor prolis in qua extincti mortales viuunt ſolicitat parẽtes, vt ad honores, & opes excolantur nati. Si quidem cum ſumptus nequa-

quam

quam valeant ſuſtinere, quibus vel in collegijs inſtituantur, vel in publicis Academijs alantur, ad celeberrimos ſapientia viros audiendos fit vt errantes ac vagi vitijs ſe fœdent, & turpiſſimo otio cum ingenti poſteritatis, publicæ ac priuatæ rei damno ſe dent corrumpendos. Et in tantam miſeriarum partem cœnobitæ, ſacræ virgines veniebant. Vbiq; querellæ ac gemitus. Virgines in primis numini in gynęceis dicatæ ſuis alimentis deſtitutæ clauſtra effringere minabantur. Tulitq; in laude Pompeiâ tam fœdum ſpectaculum hæc ætas. Ægrè ad proprium cœnobium violatæ clauſtra multæ virgines cinereæ, dira neceſſitate pudoris neſcia compulſæ. Sed hæc familiaria vbi magna bella exardeſcunt. Io: Baptiſta Arconatus per hæc tempora, quò magis ætas ſæuiret olim Annonæ præſes integerrimus, eruditiſſimus Senator cum omnium lacrimis eſt elatus. Laguna & ipſe Senator in Hiſpanias profectus primus Fiſci patroni Italiæ dignitatem aſſecutus. Sed dignationis orto certamine inter ipſum ac regios a ſecretis. Sub ſe ſupremi a ſecretis in conſilio Lagunam ſedere contendebant, ipſe rem egregiè per multos menſes ſuſtinuit, volumenq; eruditiſſimum edidit. De Origine auctoritate, Dignitate, Honoribus, & Priuilegijs Fiſci Patroni. Tum de Præcedentia illius aduerſus Regios Secretarios declarata: abſtulitq; regium decretum, quò Italiæ Fiſcum primam ab Conſiliarijs ſedem in conſilio

haberet,

haberet, vt hoc nomine in primis infinitè ſucceſſores Lagunam ſint veneraturi. Interea certiores nuncij quotidie ferebant Sereniſs. Infantem in Italiam aduentũ Barcinonis adornare. Hęc fama multos ante dies diſperſa verùm ſua auita inconſtantia identidem euaneſcebat. Nec ſatis mortales, quorum cura etiam regios viros tangit, ſapientiſſimæ Hiſpanicæ Aulę conſilium, finitimorum animis dubijs, alterum Hiſpaniæ ſydus donando tam inſigni temporum calamitate aſſequi poterant. Hæc eſt Regnantium infelicitas, vt quacumq; incedant pauorem ac tumultum faciant. Sed Mediolanũ certo ſereniſſimi aduentu explorato, mœrere in vniuerſum ciuitas, temporis ob anguſtias, peſtilentiæ exactæ crudelitatem grauemq; tot annos militem, fidiſſimæ omnium vrbi erga ſuum Auſtriacum cœlum facultatem adimere, quia ea maieſtate, apparatuq; Infantem exciperet, cuius olim miraculo Sereniſſimi Aui Diui Caroli V. & Philippi obſtupuerê. Attamen, nè ſibi etiam in ſummis miſerijs deeſſe Mediolanum videretur, Vrbi Præfectũ Gaſparum Aliferum, Decuriones ſolita in aula coegit, vt ad teſtandum ciuium amorem, ingentemq; lætitiam, ob tanti Principis aduentum, verùm ea frugalitate ac parſimonia, quam præſens temporũ conditio iuberet, cõmuni cõſilio aliquid excogitarent. Et in illam ſententiam pedibus facilè iuerê omnes, vt hæc prouincia Loioleæ familiæ integra demandaretur.

daretur. Quæ deinde pompam omnem vulgauit. Ijſdem diebus in Senatu actum, quid ampliſſimus ordo hac in re è ſua dignitate præſtare debebat. Secuti ſunt Patres antiquum morem bini ex eis Arguis,& Belcredus delecti,qui quàm honeſtiſſimo comitatu Genuam vſq; Infantem veneratum, totius ordinis nomine concederent. Præſes deinde cum alijs duobus ex Patribus, Gallia & Flamenio ad Inſubriæ fines, ibiq; Principi Cardinali feliciſſimum aduentum eius gratularetur. Dum Mediolanum publicè & priuatim ad adornandam pompam attinetur: ingens in militum Italici ſanguinis ſtationibus fremitus. Literæ regiæ vulgatæ, quæ intempeſtiuè Duces, Tribunos, Præfectos vniuerſos rei militari Hiſpanos,omnibus Italis in expeditionibus præcedere, declararunt. Hæc res totam Italam gentem, militarem maximè commouit, & Illuſtres Duces è veſtigio Magiſtratu ſe abdicarunt. Magnumq; incendium non niſi Infantis aduentu extinctum. Feria, qui hanc orientem procellam præuiderat, ratus id quod erat, haud eſſe è re noſtri Regis, hac tempeſtate gliſcentibus vbiq; bellicis ſuſpicionibus, Ducum animos alienare, maxima prudentia Heroinam Iſabellam Belgij moderatricem æmulatus, literas regias ſuppreſſerat. Verum crebris abHiſpanijs,vt dicebatur,expoſtulationibus, omnino parere iuſſus inuitus decreta regia publici iuris fecerat. Sed re malè tranſacta mœrentem,

tem, ingentibus anxium curis, fatigatum tot querellis Ducum, qui ſingulis horis eius aures pulſabant, Sereniſsimum Infantem vela ventis dediſſe acceptum nuncium Feriam mirificè recreauit. Genuam ſecunda nauigatione delatus, dein Mediolanum infinito totius Prouinciæ concurſu Infans venit. Annum amplius in hac prouincia, cum ſumma morum innocentia, optimi Principis exemplo, quod mirere in regiæ fortunę Adoleſcente optimatibus, infimiſq; ęquè acceptus verſatus, in Germaniam profectus, maximè ingens ſui deſiderium omnibus reliquit. Caſtus pius ac prudens ſanctiſſimè adminiſtrauit, vt planè appareret non idem eſſe ingenium ſtirpis regnantis Principum, ac ſubiectorum cum Imperio. Et quidem eum abeuntem tota Prouincia luxit, quam purpuratus Albornozzus regendam deinde ſuſcepit. Ipſe in Germania memorabili illa pugna qua Norlinghen nobilitauit, ita Suecum nomen, ita perduelles domuit, vt ab ea die diuinitus Auſtriacę res fuiſſe reparatę videantur, & timeri iam deſierit ille hoſtis, quem poſſe vinci Inuictiſſimus Infans docuerat. Comes Io: Sorbellonus tantę victorię precipua pars fuit. Hoc anno D. Ioannem Sfondratum ſummę nobilitatis, & virtutis Senatorē in ſuę ętatis flore heù nimium citò, nobis inuidit cœlum; Senatorq; etiam Flamenus doctiſsimus I.C. naturę conceſsit. Fiſci patronus Arias per hos dies in Senatum eſt lectus.

Summum Sereniſſimi Infantis Iudicium in hoc viro ad Senatorium faſtigium nominando Regiæ literę comprobarunt. Sed Arias & ſuis & magni Conſiliarij CARERÆ patrui virtutibus memorandus. Infinitę propemodum eruditionis, immenſa dicas lectitaſſe, ſi eum de quacunq; re loquentem ex tempore audias. Nec in ſenili ętate magnā laudem aſſecutus, qui vix quadrageſimum annum excedat. Venerat ab Hiſpanijs, mox Fiſci Aduocatus, dein Senator. Nummi pro introitu noui Magiſtratus (Annatam vocant) ſupremus ab ipſo Rege exactor. Nec vulgare munus exiſtimes, quod proprium Tribunal habet, virum a ſecretis, hoſtiarios, amanuenſes nulliq; adhuc mortalium, ſi conſilium, quod la gionta dicunt, excipias concesſum. Non Gubernatores, non Pręſides, non quilibet Magiſtratus in hoc Tribunal vim habet, vt literæ Regię indicant. Vt quantum viro Rex præſtet facile dignoſcas, & ſummo ingenio par integritas, & innocentia Ariana reſpondet. Sfondrato Otho Caymus quæſtor ſufficitur. Otho Caymus octauo loco natus primum ſibi inter cæteros nobiliſſimos fratres, virtute, ingenij acumine, alijſq; animi dotibus ſibi fecit. Prius ferme Senator, quam I. C. vix eloquentiam ſalutarat, cum ei maximos honores in patria cuncti ominaremur. Nimirum in iuuene quædam animi dotes minimè vulgares eminebant. Et quidem ab magni Patrui radijs coluxit,

luxit, vt eum Magiſtratus certatim ad omnia munera nominarentur. Sed eo defuncto, vt eius laus peculiaris eſſet, quęſturam adeptus, tanta prudentia, grauitate morum, magnitudine animi ſe geſſit, vt planè videretur ingenium, non ætas homines commendare. Ipſe numeroſas & ingentes cauſas in eo magiſtratu mira quadam felicitate, quò ingenij celeres motus demirere perfecit. Hinc maximum ſui deſiderium in eo Tribunale reliquit. In Senatum vix lectus iam ferme Regens, Patrui ſingularem imaginem ſe præſtat, cui ſui lineamenta oris reſpondent. Et haud dubie Othonem auitos honores ſuperaturum, niſi inuideant fata, præſagiunt iam vno ore mortales. Mirere in viro, omni fortuna digno præter ſummum ingenij acumen, illam ad omnia promptitudinem; non alius ardentior cauſam agit, & facundiam qua ſe prodit, eum fermè inuidendum reddit. Eruditus idem, pius, ſincerus, liberalis, magnanimus, omnis officij plenus, ac ſumma arcana callens. Per hos dies MONTIVS purpuratus Archiepiſcopus triumphali pompa ſub attalica vmbella eques Vrbem eſt ingreſſus. Ingredientem Senatus eques comitatus, manantibus præ letitia lacrimis ab omnium ciuium oculis. Sed hanc pompam alij publici iuris fecerunt. Quęſtor Salamanca per idem tempus purpuram Senatoriam eſt aſſecutus. Hic proprio, & auito ſplendore maximè inclytus, magni Patris magnus filius.

Placidarum muſarum amicus, qui puriſſimè ſcribat, Plautinam, Terentianam,& Ciceronianam facundiam exhibens. Puellam, forma genere, diuitijs præſtantiſſimam Alberti Ducis filiam, magni illius Cardinalis Galliæ nepotis & veræ tanti patrui imaginis; Siue regiam ferme ſuppellectilem, domuſq; cultum, quem vel ipſe Sereniſſimus Infans tanti Ducis tantus conuiua ſuſpexit, ſiue florentiſſimas varias ditiones quibus imperat, ſiue animi magnitudinem æqualem, cæteraſq; dotes magnanimitatem, liberalitatem ac pietatem ſpectes, in matrimonium ſuſcepit. Illuſtriſſimas nuptias Mediolani æquali pompa cum duxiſſet, Cremonæ Prętor deſignatus, eam vrbem hoc tempore ſummus hic nauta hiſpanus Senator ac Diui Iacobi eques ſecunda fortuna moderatur. Exitu huius anni iam dudum cœpta conſpiratio in Inſubricum Imperium erupit. Sabaudus ac Parmenſis Principes vna cum Gallis Grechiuij auſpicio, poſt ſeculum integrum á quo fermè abſtinuerant in noſtrum agrum impetum fecerê. Albornozius copias è veſtigio contraxit,& ex Patribus Arias in annonæ militari cum imperio præfectum eligit. Hic difficillimis temporibus regiam claſſem ſuis vigilijs, laboribus,ac prouidentia ſuſtinuit, conſiliarius & miles vbi è re regia eſſet. Non cibi,nō ſomni diſcriminata tempora, quæ mirere in ampliſſimo Inſubrico Senatore. Cæterum hoſtes Villatę propugnaculum

per fraudem præfecti cœperê. Valentiam circumuallarunt. Multiq; nobilitati ab ea obſidione Duces. Comes Maximilianus Stampa ſumma fortitudinę ac audacia per ipſoſmet hoſtes perrupit; cuius facinoris miraculo attoniti hoſtes obſtupuerè, laboranti arci ſuccurrit, & commeatus inuexit. Marchio Celatenſis ſupra fidem, magnus Imperator in iuuenili ætate rem Valentianam ſuſtinuit. Poſthæc hoſtis obſidionē ſoluit & Marchio Celatenſis ingenti rei militaris detrimento deſijt. Sed hoſtis ad Bremum iam antea propugnaculum excitarat, lateq; lumellino agro imperabat. Ab Hiſpanijs per hos dies inſignis nobilitate ac prudentia D. Franciſcus Mella luſitanus venerat, qui mirè res Inſubricas, conſilio, pecunia, copijs iuuit, vt illi ſuam incolumitatem ſecundùm cæleſtes debeat ſine fuco Imperium Mediolanēſe. Iam hiems appetebat in hiberna miles ductus. Marchio Leganenſis cum imperio Mediolanum venit. Purpuratus Albornozius Romam conceſſit. Turconus Senator Ticini prætor diem obit. huic Fiſci Patronus Lambertengus ſuffectus. Patritius Comenſis ac I. C. præſtantiſſimus. Matriti per aliquot annos verſatus, ingenij acumen, ſuauitatem morum, vitę innocentiam aula illa nouit. Vix Fiſcus iam Senator, & in componendis ſimultatibus, & litibus ſupra inuidiam felix. in caſtra ab Leganeſio accerſitus Rhętos ac Vulturenos diſſidentes ipſe vnus compoſuit.

Digitized by Google

poſuit. Flamenum Cremonenſem, magni nominis I.C. Alphonſus Maynardus ſequitur, pouectæ ætatis, quæ tamen a nuptijs non abhorret, doctiſſimi Flamenij, cui ſucceſſit, quoad ingenium imago, illo ſuperior, qui illud ſuauiſſimis etiam muſis, diſertiſſimus ac eloquētiſſimus Senator elaborauit. Neque ſenilem ætatem doctæ dedignantur puellæ, in cuius ore eas loquentes audias. Sed vere primo Leganeſius ad hoſtes pergit. Ad Cerranum oppidum in Nouarienſi agro debellatum erat, ſi fugienti hoſti inſtitiſſent. Quoties congreſſi cum Gallis, toties victores extitimus. Sed ponte Ticino amne ad Caſtanum oppidum iuncto, ingens terror in vrbe Mediolano fuit. MONTIVS Eminentiſſimus ſupplicationibus per omnia puluinaria indictis, imminentem cladem auertit. Multa tamen nec ignobilia loca præda hoſtium fuerê. Leganeſius ab Derthonenſi agro, in quo latiſſimum illud vallum duxerat, magnis itineribus ad hoſtes pergit. Sed numen ac Præſides vrbis, Mediolanenſe Imperium tutati ſunt, qui Gallis non hoſtium, ſed prædonum mentem dederê. Ad panem amiſſum proſpero marte pugnatum eſt. Hæc pugna res Gallicas inclinauit. Pauci admodum ex noſtris ceciderè, multi ſed leuiter vulnerati, conualuere ferè omnes. Verum ex hoſtibus quina millia amplius cæſa & infiniti vulnerati dicuntur. Et niſi Sabaudus Princeps laborantibus Gallis opportunè affuiſſet: actum

erat

erat de hoſtibus ea die. Adeo horribili auſu vel ipſa munimenta ea die agreſſi fuimus. multi clari viri ex hoſtibus ceciderê, & ex noſtris vnus Gambacurta vir bello egregius, Germanici peditatus tribunus eſt deſideratus. Nationes omnes ea die gloriæ ardore inuicem æmulantes, egregiè pugnarunt. Peditatus tamen Hiſpanus ferme ſe ipſo maior ingentem hoſtium ſtragem procella plumbeę glandis edidit. Per multas horas pugnatum. nox diremit prælium, vtriq; receptui cecinerê. Leganeſius ingenti gloria plenus Abbiate oppidum ſuper emiſſarium duxit. Cæterum magna pars felicitatis iſtius diei, Arianæ diligentiæ ac prouidentiæ tribuenda eſt. Ponte è veſtigio Arias paruum Ticinum coniunxit, duasq; horas Placentinas copias maturauit ingens pondus ad victoriam obtinendam. Sed ab hac clade deſpondit animo hoſtis, ludibrio deinde habitus ab oppidanis. Ipſe paucos dies ad flumen ſedens, ſilenti agmine, conclamatis vaſis, cùm tetro odore cadauerum, maioribuſq; muſcis mirum in modum inſectantibus, tum inſolito calore, cuius ea gens præter cæteras impatiens eſt, infinitorum corpora mouente, qua peſte multi quotidie expirabant, Angleriam verſus duxit. Millia duo ab oppido explicato agmine ſubſtitit, miſſis qui tentarent Comitem Ioannem Borromæum, ſed in iuuenili comitis ætate, ſpiritus virili maiores inueniens re infecta diſceſſit. Nihilq; memorabile amplius

in In-

in Inſubria ab hoſtibus eſt geſtum. Mediolani vrbanus miles nunc primùm dictus, Senis Tribunis militaribus virtute ac nobilitate præſtantibus ſcilicet Philippo Sfondrato equiti Hyeroſolomitano, Vercellino Vicecomiti, Marchioni Franciſco Vicecomiti, Alexandro Vicecomiti, Iacobo Fagnano, Herculi Principi Triuultio, qui ſub ſe ſeptenos duces primæ notæ nobilitatis habebant, totuſq; peditatus ſex millia amplius hominum excedebat, vrbis portæ nouis munimentis, ac pontibus verſatilibus inſtructæ, cuſtodiendæ attributæ. Et Comes Franciſcus Abdua clariſſimus Imperator toti huic militi ſummus cum Imperio Præfectus. Cui portarum claues ſingulis veſperis tradebantur. Quotidie cohortes ſenæ ad ducendas vigilias ſingulis in portis, ingrediebantur, totidem vexillis explicatis, ac timpanorum pulſu exibant. Lętum annum proſperis ſucceſſibus, lætiorem reddidit in exitu, Ferdinandus Pannoniæ Rex ritè & canonicè ab auguſtalibus viris in Romanorum Regem electus. Ob ea feliciter acta numini Immortali ab MONTIO Archiepiſcopo ſupplicia decreta. Remq; ſacrā Ampliſſimus Senatus & Iuſtitiæ Præfectus ſuo in loco ſpectauit, quem Senatorum ſedem appellant. Senatui qui canit epiſtolam pacem affert, & incenſo idem ordinem adolet. Deinde vtriuſq; Magiſtratus Præſides pari obſequio habet, quia nulla dignatio eſt inter Patres ac Præſides Magiſtratus, vt

ſunt

ſunt inter ſe ſeniores faſtigio vt diximus præcedunt tantum. Et ſi Præſes Magiſtr. Senatum ingrediatur, hìc præſidis faſces ſubmittit, ſédem quam olim reliquit tantùm occupat. Cæteri vero Magiſtratus quorum tantū Quæſtores & Fiſci togati in Senatu ſedent. Cæteri recti & nudato capite ſtant ſi Fiſcos breuioris togę excipias. Quæſtores, Fiſci Patroni, vrbis ædilis, Decuriones ab Cæremoniarū Magiſtro decorantur. Sub veſperè re diuina confecta in gratiarum actionem maiores machinæ arcis tonuerê. Ita Imperator fermè per manus, vel toto orbe inuito filio imperium traddidit. Et menſe vnum cum dimidio tantùm ſuperſtes, quò ſumma numinis arcana mirerê Sanctiſſimus Ferdinandus exuit mortalitatem. Interea Parmenſis Princeps Gallica auxilia nequicquam iam multos menſes expectans, iam ad vltimum inopiæ venerat, certis & ampliſſimis conditionibus magnitudini Hiſpanicæ ſe permiſit. Mella & Ronchilius mirę ſuauitatis morum, ac integritatis S. C. in Germaniam ad componendum orbem ab Rege iuſſi iuerê, & Senator Arias ad totius Prouinciæ Mediolanenſis rationes inuiſendas, munus S. C. demandatum, ab Rege diſertè eſt ſuffectus. Comes Barptolomæus Areſius per hos dies Iuſtitiæ præfectus, aliquos poſt dies quàm magiſtratum iniuerat hac pompa per inclyta vrbis loca ſe inſpiciendum dedit. Varij manipuli ſatelitum, quibus omnium primus varij coloris tunicas,

Digitized by Google

& cucculliones diſtribuerat, præcedebant, ſeni deinde heluetici de more ad cuſtodiam corporis bini ſequebantur, violaceo, rubeo, & cinereo ad ſutoris fermè libidinem, in veſtitu, colore intermixto. Equum vacuum magnificè inſtratum cum ſclopetis & gladio ad epiphium, famulus a pedibus ducebat. Ipſe Comes togatus eques cum virgula imperij inſigne. Poſtremo forenſis ſatelles tunica violacea indutus eques agmen cingebat. Et hoc ſpectaculum præbuit vrbi opulentia Areſij, cum tacito ciuium omine, tantò magis vel auitas, vel paternas laudes iuuenem comitem ſuperaturum, quantò illum ſuę ætatis diſertiſſimorū patronorū pręſtantiſſimum, laudati viri iudicarunt. Virum fermè omniū horarum dices. Facundia vſq; ad miraculū, par ingenij acumen, promptiſſimum ad omnia, ſiue ſeria malis ſiue etiam iocoſa. Improbo labore dein, ac pertinaci aliquot annorum ſtudio illud adeo elaborauit, vt in Comite minime deſideres, vel ſenilē experientiam, vel viri fortitudinem, vel quamlibet aliam dotem, qua ſi poſſet ſe ipſo maiorem redderet. Summum imperium in patria obtinuit admodum iuuenis, qui ætatem longè ingenio præcedebat, ijs auſpicijs, niſi quid humanitùs ei accidat, honores potius illi defuturos, quam ipſum illis. Et ego haud raro tanti viri patrem dicentem audiui ad ſumma tantum Barptolomæum eſſe natum, minimeq; vulgaris ingenij inditia etiam in puellari

ætate

ætate apparuiſſe. Ab tanti Patris obitu, non ipſe delitijs, luxui, ac auro corrumpendum ſe dedit, ſed ſapientiſſimos Ticinenſis Aulæ viros audiuit. Dein laureatus foro ſe dedit, eques, iuuenis opulentiſſimus & haud ſemel Senatu coram elegantiſſimè declamauit. Quodq; fermè miraculo habebatur gratìs ingenioſum laborem præſtabat. Cæterum nouiſſime in Senatu publicè cauſam egit ea dicendi contentione, vt fortunarum datrix & ablatrix Areſiana eloquentia videretur. Hoc anno primùm in ſacello Xenodochij maioris, cuius maieſtas ac magnificentia ab priuati ciuis IO: PETRI CARCANI ære excitata, noui ſemper ſtuporis materiem vel ipſis dominantibus præbebit, ſacris operatus eſt MONTIVS Eminentiſſimus. Et Senator Puteobonellus in Hiſpanias Conſiliarius accerſitus. Hic ſuis maioribus, ſpectata integritate, patroni gloria eloquẽtiſſimi, Germanica legatione, ac sũma in sũmis honoribus animi moderatione clarus, cõmuni non Patriæ modo, ſed totius Inſubriæ plauſu, bonis æque ac malis acclamantibus Picenardo eſt ſuffectus. Cæterum in communi gaudio ipſe vnus mœrens, niſi iuſſio regia recrearet, cũ chariſſima queq; & dulces animas relinquere cogatur. Sed non alius quidem mitior, aut æquior, aut Hiſpanico illi cœlo ad Caymo Regente aptior. Et quidem ingens ſui deſiderium reliquit Pater Ampliſſimus aditus cuiq; ad eum facilis, ridet in eius ore nobilitas, comis

Mm 2 omni-

omnibus ſermo, doctiſſimus, ac diſertiſſimus, omnis ſuapte natura officij plenus, non fucus deniq; aut ambitio virum agit, cunctis aridet, cunctorum etiam fert amorem. Demum omnes artes ad conciliandos quoſcumq; mortales in tanto viro triumphant. Et maxima in parte ſummas calamitates & miſerias, queis iam tot per annos obruimur leuandas eſſe iam credit Prouincia ab Clementiſſimo noſtro Rege, vbi primum tam diſertum oratorem audiuerit, tąm prudentem conſiliarium deguſtauerit, virum tam nobilem quemadmodum virtute, facie etiam nouerit. Itaq; cum bonis ominibus omnes ordines, ſenes, viri, Infantes, fœminæ, virgines, optimates plebei, prophani, ſacri ire Regentem Puteobonellum iubent. Iulij Montij per hos dies Eminentiſſimi filij ex patruo, cum præſtantiſſima, forma, & genere, diuitijs IVLIA Simoneta ab magno illo Cico oriunda nuptiæ longè ſplendidiſſimæ celebratæ. Nec defuerè decora ingenia, quæ tales, ac tantas nuptias celebrarent. Franciſcus Erminius æquè ingenioſus, ac nobilis ſuperbum hoc cōiugium daturum aliquando Cardinales ac Principes, lepidiſſimè vt aſſolet Claudiana camœna decantauit. Leganeſius interea ad hoſtes pergit, milite non nihil prouincia leuata. Et vulturena re tandem aliquando compoſita, dirutis propugnaculis ac munimentis, Gallis aliò conceſſis. Comes Io: Sorbellonus, quem Vulturenum citra

aſſenta-

aſſentationem, glorioſiſſima illa expeditio dicet in Hiſpanias eſt accerſitus. Principiq; demũ Senatus, cæteriſq; optimis Patribus, dum communem orbis quietem præſtolamur, ad patrię bonum, ad Inuictiſſimi Regis PHILIPPI IV. gloriam D. O. M. neſtoreos annos tribuat. Et hoſtes aliquando diſcant hanc terram ſuis victorijs nefaſtam eſſe. Eoſq; ſi fortunam etiam tentare auſi fuerint aliud nihil ſemper fore, quam perpetuam materiem gloriæ virtutiſq; Hiſpanicæ, & Inſubricæ.

Ita Horatius Landus ſcribebat Anno 1637. Id. Nouemb. ſeq; & ſua humillimè Sacroſancta Eccleſia Romana ſubmitens.

INDEX

Illuſtriſsimorum Præſidum, & Ampliſsimorum Senatorum Senatus Mediolanenſis, qui ab anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto vſq; ad annum preſentem trigeſimum ſeptimum extitere.

PRÆSIDES.

Sfortia & Ludouicus, qui poſtea imperitauit, Primi Senatus Mediolanenſis Princeps. pag. 83
Petrus Sanerges Epiſcopus Lucionenſis. 104
Carolus Iaphredus. 129
Io: Fraciſcus Marlianus. 149
Hieron. Caſtilionæus. 155
Philippus Caſtilionæus. ibid.
Iacob⁹ Philippus Saccus. 162
Gabriel Caſatus, ex ſepulc.
Daneſius Filiodonus, ex ſep.
Petrus Paulus Arigonus. 178
Io: Baptiſta Raynoldus. 185
Iacobus Ricardus. 200
Barptolom. Brugnolus. 202
Iacobus Maynoldus. 215
Auguſt. Dominicus Squarciaficus. ibid.
Iulius Areſius. 219
Io: Baptiſta Trottus viuens. pag. 230

SENATORES.

A.

Aloyſius Arcimboldus. 95. ſepulc. ibidem.
D. de Allegra. 128
Claudius de Aquis. ibid.
Io: Angelus Arcimboldus. 165
Hieronymus Archintus. 155. & 72. ſepulcr.
Andreas Alciatus. 74. ſepulc. ibid: Patris & eius.
Alphonſus Manriquex de Aiala. 183
Io: Baptiſta Applanus. 134
Alexander Amanus. 162
Paulus Arigonus. 165
Paulus Alla. 176. & 82. ſepul.
Marcus Antonius Areſius. 183. & 87. ſepul.
Ludouicus Aimus. 197
Ioſeph Archintus. 212
Aloyſius Abritius. 202
Ludouicus Acerbus. 209
Iacobus Alifer. 214. & 17. ſepulc.
Iulius ARESIVS qui fuit Senator Princ. 215
Ioannes Baptiſta Arconatus. 225. 260
D. Franciſcus Arguis viuens. 233
D. Io: Arias viuens. 263. 269. 271

Aloy-

Aloyſius Boſſius. 87
B.
Mathæus Boſſius. 96. & ſepul. ibid.
Philippus Bottigella. 129
Andreas Beccaria.
Scipio Barbauaria. 105
Io: Franciſcus Bercius. 130
Andreas Beccaria.
Comes Antonius de Balbiano. 133
Marcus Barbauaria. 164
Andreas Bilius. 149
Bernardus Buſſus. ibid.
Galleazius Biraghius. 155
Ludouicus de Bracamonte. ibid.
Ægidius Boſſius. 162. & 71. ſepul.
Paulus Bercius. 172
Comes Camillus Borromæus. 173
ſepulc. ibid.
Nicolaus Bellonus. 172
Octauianus Bignamus. 176
Galleaz Brugora. 188
Aloyſius Bellonus. ibid. & 208. ſepulcrum.
Simon Boſſius. 197. & 200. ſepulc.
Bartholomæus BRVGNOLVS qui fuit Præſes Sen. 201. & 208. ſepul.
Paulus Bellonus. 219
Aloyſius Belcredus viuens. 239
Io: Baptiſta Bonettus viuens. 246
Hieronymus Abaſilica petri viuens. ibidem.
Petrus Paulus Bottinonus viuens. ibidem.
C.
Io: Baptiſta Caſtilionæus. 90. ſepul. ibidem.
Branda Caſtilionæus. 102
Io: Iacobus Caſtilionæus. 101
Euſebius Cribellus. 97. ſepulc. ibid.
Alexãder Cribellus Prothonotarius. pag. 101
Hieronymus Cuſanus. ibid.
Io: Franciſcus de Curte. 105
Iaphredus CAROLI. ibid., & fuit Præſes Sen.
Chriſtophorus Campeggius.
Io: Stephanus de Caſtiliono. 105
Antonius Caccia. 105
D. de Cantor Sancti. 128
Hieronymus Carcanus. 133
Luchinus Cribellus. 149. & 69. ſep.
Io: Franciſcus della Cruce. 155
Io: Iacobus de Cagnolis. 134
Ludouicus Ciconia. 155
Ludouicus Curtius. ibid.
Fabrius Caſtellanus. 162
Hieronymus CASTILIONÆVS, Sen. P. 162. & 78. ſepul.
Philippus CASTILIONÆVS, ibid.
Gabriel CASATVS. S. P. 165
Franciſcus Craſſus, qui fuit Cardinalis. 170
Gualterius Corbetta. 165
Aloyſius Clarus. 165. & 68. ſepul.
Hieronymus Carcanus II. ibid.
Io: Philippus Caccia. 176
Marcus Antonius Caymus. ibid. & 229. ſepul.
Iulius Clarus. 179. & 84. ſepul.
Camillus Caſtilionæus. 183
Petrus Frãciſcus Coſtachiarius Epiſcopus Aquenſis, Præpoſ. Scalenſis, Oeconomus Pontif. ac Regius in Inſubria. 197
Paulus Caſtellanus.
Hieronymus Caimus. 210. 217. & 228. ſepul.
Papirius Cattaneus. 207
Marius Corradus. 202
Hieronymus Callientius. 210. & 22. ſepul.
Io: Baptiſta Capra. 201. & 203. ſep.
Iacobus Antonius Carpanus. 214
Petrus Franciſcus Corius. 219
Valerius Confanonerius. ibid.
Alexander Craſſus. 223
Michael Angelus Caccia. 226
Otho Caymus viuens. 264
D. Baſi-

D.

D. Baſilius de Diuione. 128
Vincentius de Paride. 149

E.

Ioannes Paulus ab Eccleſia. 183

F

Sigiſmondus Foſſa. 200
Daneſius FILIODONVS S. Præſes ac S. C. 176. & 201. ſepul.
Gabriel Florentia. 162
Vincentius Falcutius. 170. & 77. ſep.
Paulus Flamenius. 239

G.

Petrus Gallaratus. 101
Cæſar Guaſcus. 127
Auguſtinus Guidobonus. 127. & ſepul. ibid.
Ludouicus Gallaratus. 149
Iacobus Gallaratus. 155
Hieronymus Gherardus. 200
Alphonſus Gallaratus. 201
Georgius Gazzus. 162
Cæſar Gallaratus. 202
Nicolaus Garzia. 197
Io: Thomas Gallaratus. 217
Franciſcus Gambarana. 188
Franciſcus Gluſſianus. 202
Antonius Gallia viuens. 226

H.

Signorolus Homodeus. 155
Leonardus de Herrera. 182

L.

Petrus Landrianus. 100. ſepul. ibid.
Hieronymus Landrianus. 101
Franciſcus Lampugnanus. 155
Ioannes Lampugnanus. 162
Antonius Londonius. 183
Alphonſus Lopex. 189
Michael Lanz. 200
Nicolaus Leyzaldus viuens. 215
Io: Ruiz de Laguna. 223. 260
Io: Baptiſta Lattuada. 240
Balthaſſar Lambertengus viuens.

M.

Iaſon Mainus. 94
Io: Franciſcus MARLIANVS qui fuit S. P. 101
Mathæus Boſſius. 96
Ambroſius Mainus. 101
Accurſius Metinerius. 105
Hieronymus Moronus, qui fuit S. C. 131.
Michael de Marliano. 133
Io: Dominicus Mediabarba. 127
Ioannes Maſſonerius. 155
Thomas de Marinis. 176
Ludouicus Mazzenta. 179
Balthaſſar Molina. Ibidem.
Petrus Antonius Marlianus. 172
Politonius Mediabarba. 179
Hieronymus Montius. 182
Iacobus Maynoldus. 190
Petrus Monfortius. 197
Aloyſius Meſacorteſius. 202. ſepul. ibid.
Hieronymus Magnacaballus. 201
Ludouicus Madius. 202.
Iacobus MAYNOLDVS, qui fecit S. P. 190
Michael Maldura. 162
Ioannes Martinex. 202
Iacobus Menochius. ibid. & 212. ſepulc.
Deſiderius Merzagora. 212
Aloyſius Meltius. 217
Principallis Montius, 219. & 221
Horatius Maynoldus. 223
Carolus Antonius de Magiſtris viuens. 223
Marcus Antonius Montius. 226. & 238
Didacus Millianus. 239
Alphonſus Mainardus viuens.

Ambro-

O.
Ambroſius Opizzonus. 162
Io: Angelus Opizzonus. 127
Tideus Oldoinus. 165
Dauid Ottolinus. Ibid.
Hernandus Ortix. 183
Io: Antonius Odeſcalcus. 197. & 201. ſepul.
Io: Thomas Odeſcalcus. 183

P.
Hieronymus Puſterla. 101
Auguſtinus de Panigarolis. 133
Hieronymus Pallauicinus. 214
Io: Henricus Pectius. 131
Bonifortus Petra.
Galleazius Petra.
Hieronymus Petrobonus. 127
Iacobus Pirouanus. 172. & 77. ſepul.
Paulus Petraſancta. 149
Benedictus Pellatus. ibidem.
Io: Petrus Porrus. ibidem.
Ludouicus Piola. 165
Io: Baptiſta Pectius. 176
Sigiſmundus Picenardus. 182. & 89. ſepulcr.
Aloyſius Pallatius. 183
Camillus Porrus. ibidem.
Alexander Panigarola, 188
Comes Martir Ponzonus. 189
Laurentius Porrus. 202
Emanuel Puteus. 209
Franciſcus Panigarola. 214
Octauianus Picenardus viuẽs. 222.23
Franciſcus Puteobonellus viuens. 240. 273
Petrus Petraccinus viuens. 253
Petrus Puſterla. 87
Franciſcus a Perſico. 132

Q.
Ferdinandus Quintanna, 219. & 233. e Senatu mouetur.

R.
Michael Ritius. 105
Ioannes de Rochellis. 134
Thomas de Ruſchis. 165
Io: Baptiſta Raymundus. Ibidem.
Io: Baptiſta RAYNOLDVS, qui fuit S. P. 165. & 99. ſepul.
Franciſcus Rinconus. 197
Iacobus RICARDVS, qui fuit S. P. 197
Gothardus Reina. ibidem.
Georgius Ripa. 202. & 209. ſepulcrum.
Alexander Rouida. 202. & 11. ſepulcrum.
Paulus Rhaudenſis. 225

S.
Io: Antonius Siccus. 100
Claudius de Seiſello. 105
Franciſcus Sfondratus Cardinalis, & parens Gregorij XIV. 153
Io: Baptiſta Specianus perpetuus Iuſtitiæ Praſectus. 162. & 71. ſepul.
Franciſcus Sthonoanus. ibidem.
Bernardus Sanſonus. 165
Hermes Stampa. 170
Maximilianus Stampa. 176
Iacobus Philippus SACCVS, S.P. pag. 162
Gabrius Sorbellonus. } 183.
Fabritius Sorbellonus. }
Scipio Simoneta. 189
Io: Baptiſta Schitius. 172. & 78. ſepulcrum.
Baltaſſar Salaxar. 208
Franciſcus Seſſe. 197. & 209. Senatu mouetur.
Hieronymus Sanſonius 202. & 13. Sepulcrum.
Io: Rodriquex de Salamanca. 214
D. Ioannes Sagaraga. 238
D. Io: Sfondratus. 239
Scarampus de Scarampis. 87.263
D. Conſaluus Salamanca viuens. 265

T.
Io: Franciſcus della Turre 90. ſepul. ibidem.
Antonius Triuultius, qui fuit Cardinalis.

Digitized by Google

nalis. 99
Eraſmus de Triuultio. 105
Franciſcus Trouamalla. 133. ſepul. ibidem.
Franciſcus TABERNA, qui fuit S. C. 149. & 180
Cæſar Triuultius. 165
Cæſar Taberna. 149
Camillus Trottus. 200. & 204. ſepulcrum, quod ipſe genti extruxit.
Comes Ludouicus Taberna. 210
Benedictus Tonſus. 201
Truſſus de Truſſis. 212
IO: BAPTISTA TROTTVS, viuens S. P. 203. 223. & 230
Ludouicus Turconus. 239

V.

Franciſcus Bernardinus Vicecomes. pag. 101
Scaramuccius Vicecomes. 131
Auguſtinus de Vicomercato. 87. ſepul. indicat.
Ludouicus Vicecomes. 149
Scipio de Vegijs. 162
Iulius Viuſtinus. ibidem.
Alexander Vicecomes. 170
Camillus Cattaneus Vaianus. 188. & 207. ſepul. familiæ ab eundem.
Io: Vorrahonus. 172. & 83. ſepul.
Petrus Georgius Vicecomes. 183
Galeazius Vicecomes.
Io: Baptiſta Vicecomes. 216. & 243
Ludouicus Vignatus. 221. & 231. ſepul.
Octauianus Villanus. 246. 254
Barptolomæus Areſius Rebus Capitalibus Præfectus. 183. 271

Digitized by Google

Virum & rerum Inſigniorum Index.

A.

Acinus Malaſpinæ gentis Princeps. 17. 18. 19
Summa Annonæ caritas 1629. 226
Albeti Dux. 266
Com. Franciſcus Abdua. 270

B.

Fæder. Card. Archiep. 34. 65. 238. 240
Bologninæ Gentis origo. 73
Hieronymus Boſſius. 150
Ambroſiana Bibliotheca. 215
Com. Io: Borromæus. 270

C.

Carolus V. 135. 143
Annibal Cruceius a ſecretis. 181
Marchio Celatenſis. 267

D.

Diuus Domin. Dominicanæ familiæ fundator. 61

E.

Io: Iacobus ab Eccleſia. 106
Franciſcus Erminius. 274

F.

Diuus Franciſcus familiæ Franciſcanæ fundator. 62
Comes Fonteius. 206. 223
Donatus Ferrarius. 240
FERDINANDVS Card. Infans ſereniſs. 261. 263

I.

Sereniſsima ISABELLA Infans Hiſpan. 231

L.

ANNA Landriana Montia. 221
Marchio Leganeſius. 267

M.

CÆSAR Montius Eminentiſs. 221. 227. 240. 255. 65. 68.
Carolus Moneta. 235
D. Franciſcus Mella. 267
Mantua dedita Germanis. 236

O.

Oblatorum Congregatio. 256
Comes Oliuarum. 220

P.

Io: Petrus Puricellus S. Laur. Archipresbyter. 43
PHILIPPVS II. 185
Magnus PHILIPP. IV. 219
Princeps Hiſpan. recens. 234
Pugna ad panem amiſſum. 269
Peditatus hiſpani laus. 269
Princeps Parmenſis irrumpit. 267

S.

Cicus Simoneta. 78. vſq; ad 88
SENATVS Mediolani duplex conſtituitur. 81
Litteræ Lud. Gall. Regis. 107
Senatus Conſtitut. ſub Sfortia II. 343
Sen. erectio ſub Borbonio Duce. 153
Philippi Regis litere coercentes Gubernatorum authoritatem. 190
Comes Iacob Simoneta. 90
Comes Io: Sorbellonus. 263
Comes Maximil. Stampa. 267

T.

Emanuel Theſaurus. 219. 234
THEODORVS Triuultius Princ. Purpu. 235
Iacobus Trottus. vrbis ædilis. 131
Com. Anna Taberna Morena. 163
Com. Conſtantius Taberna. ibid.

V.

Marchio Virgilius Maluetius. 221
Vercellæ captæ. 217
Vulturena Vallis. 218

Pagina 9. pro iuriſdicentium, lege iuſdicentium. Pag. 49. pro atrato, lege atro. Pag 55. pro funduntur, lege funderentur. Pag. 77. pro ipſiq;, lege ipſeq;. Pag. 99. pro pilæ, lege pila. Pag. 132. pro propitius, lege propitium. Pag. 153. pro virauerat, lege iurauerat. Pag 200 pro Biroconus, lege Riaconus. Pag. 201. pro Cremonenſi, lege Comenſi. Pag. 261. pro quia, lege quin.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

MEDIOLANI,

Apud Heredem q. Pacifici Pontij, e Picaleæ,

Impreſſorum Archiepiſcopalium.

MDCXXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google